

**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quām extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de
Romæ, M. DCC. XIX.**

Pars Sexta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72172](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72172)

IN CANONES DE JURE-PATRONATUS

*Desumptos ex Bullis, sive Constitutionibus Apostolicis,
& ex Regulis Cancellariae.*

COMMENTARIA. PARS SEXTA.

Bullæ, sive Constitutiones Apostolicæ, & Regulæ Summorum Pontificum, licet non sint insertæ in Corpore Juris, cùm tamen emanaverint à Fonte Apostolicæ Potestatis, absque dubio robur habent legis; Ita enim scripsit, ac notificavit Nicolaus Papa in Can. se Romanorum dis. 19. Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis, reprobando quosdam, qui nolebant recipere Decretales Epistolas, quia in corpore Canonum non legebantur, ibi: *Si Romanorum Pontificum Decreto, cæterorum opuscula tractatorum approbantur; it autem, quod Sedes Apostolica probavit, hodie teneatur acceptum & quod illa repulit, hactenus inefficax habebatur: quanto potius, quæ ipsa pro Catholicâ Fide, pro sanis dogmatibus, pro variis, & multifariis Ecclesiæ necessitatibus, & Fidelium moribus, diverso tempore scripsit: omni debent honore præferri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus, discretione, vel dispensatione magistra, reverenter assimi: Et infra: His ita divina favente gratia prælibatis, ostendimus nullam differentiam esse inter illa Decreta, quæ in Codice Canonum habentur, Sedis Apostolica Præsum, & ea, quæ præ multitudine vix per singula voluminum corpora reperiuntur; cum omnia, & omnium Decessorum suorum Decretalia constituta, atque decretales Epistolas, quas Beatissimi Papæ diversis temporibus ab Urbe Roma, dederunt, venerabiliter fore suscipiendas, & custodiendas, eximios Præsules, Leonem scilicet, & Gelasium mandasse probavimus: Et probant Card. à Turrecrem. in fam. de Eccles. cap. 108. per tot. Fagnan. in cap. statuimus n. 42. de supplen. neglig. Prælat. Roderic. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 6. art. 2. in fin. Improprium proinde, Lector, Tibi videri non debet, si hic nomen Canonis sortiantur. Accipe igitur, grato animo, ex Bullario Romano novo, & ex novissimis Regulis Cancellariae à Sanctitate Domini Nostri CLEMENTIS XI. feliciter Regnantis, initio sui Pontificatus promulgatis, sequentes Canones, materiam Jurispatronatus concernentes.*

Pars VI.

F 2

CANON I.

2 E CANONI. VI

GREGORIUS NONUS *Confit. VII. Bull. Rom. Tom. I.*

Ann. 1234.

Quia refrigercente charitate multorum adeò iniquitas abundavit, ut quorundam succensa velut ignis impietas, contra Ecclesias, & Personas Ecclesiasticas tantò validius inflammetur, quantò rariores, qui eas tueantur contra pravorum incursum, invenit objectores; Hos quibus ipsarum Cura, & sollicitudo incumbit, ibi fortius insurgere cogimur, ubi Persecutorum immanitas periculosis exardescit: Sicut enim nobis ex parte vestra gravis est oblata querela, nonnulli Principes, ac Nobiles occasione Jurispatronatus, Advocatiæ, sive custodiæ, quam in Monasteriis, Grangiis, Cellariis, vel Domibus vestris se habere proponunt, interdum etiā pro suæ libito voluntatis, & quidam Ecclesiarum Prælati, à quibus deberetis, non gravamen, sed solamen potius expectare, bladum, vinum, evectiones, animalia, & res alias, pro ædificatione, ac munitione Castrorum, & Villarum, nec non pro tyrociniis, torneamentis, expeditionibus, & aliis usibus eorundem, à vobis exigunt, & extorquent, alias vos talliis, & exactionibus indebitis multipliciter aggravando: Præterea quidam ex ipsis, & alii carnes comedere in vestris Domibus, ac mulieres etiam easdem Domos ingredi, contra instituta vestri ordinis non verentur, propter quod, & quies monastici ordinis perturbatur, & grave commissis vobis Monasteriis imminet detrimentum. Quare nobis humiliter supplicasti, ut super his paterna providere sollicitudine dignaremur: Nos igitur, & vestræ providere quieti, & molestantium malitiis obviare volentes, auctoritate præsentium districtiūs inhibemus; nè quis à vobis præmisla exigere, vel extorquere, aut in vestris domibus uti carnibus, seu mulierem aliquam eas intrare præsumat contra ordinis instituta.

COM-

COMMENTARIUM.

Ex hoc Canone sequens deducitur conclusio.

PATRONI OCCASIONE JURISPATRONATUS A MONASTERIIS ORDINIS CISTERCIENSIS QUIDQUAM EXIGERE NON POSSUNT, NEC IN DOMIBUS ORDINIS CARNES COMEDERE, NEC MULIERES INTRODUCERE \Rightarrow Quam conclusionem probant etiam *Canon. IV. Par. I.*, *Canon XXVII. Par. II.*, & *Canon V. & XII. Par. V.*, & omnes Auctoritates ibi in *Commentario* relatæ, quibus addo *Cherybin. in Compendio hic*; & *R.P.D. Petra in Comment.*, *hujus Constitutionis num. 3. Roderic. quæst. Canon. de Regul. tom. I. quæst. 48. art. I. Tondut. quæst. benef. tom. I. par. I. cap. 10. n. 9. & tom. 2. verb. Monasteria Regularium n. 49.*

I. Continuò vexabantur Abbates, & Monaci Cistercienses à Patronis, & eis inferebantur quamplurima gravamina, dum Patroni, aut illi, qui habebant Advocatiam, & Custodiam eorumdem Monasteriorum, extorquebant ab ipsis pro eorum libito bladum, frumentum, evictiones, animalia &c., in eorumdem Monachorum Domibus, & Monasteriis vescebantur carnibus, & introducebant mulieres cum maximo periculo, & ipsorum detrimento; Hinc *Gregorius IX. Monachorum quietis*, ac indemnitatí prospicere volens; et si respectu cuiuscumque Ecclesiæ Patronalis essent à supradictis *Canonibus* interdictæ Patronis hujusmodi indebitæ exactiones, tamen hic specialiter eis prohibuit quidquam exigere à præfatis *Abbatibus*, & *Monachis*; *vesci carnibus in eorum Monasteriis*, aut *Domibus*; ac in ea introducere *fœminas*; ut sic à *publicis*, & *mundanis* conspectibus separati, *idem Religiōsi omnino servire Deo valeant liberius*, & *lascivendi opportunitate sublata*, *eidem corda sua, & corpora, in omni sanctimonia diligentius custodire*, uti loquitur *Bonifacius VIII. in cap. unic. de Stat. regul. in 6.*

Quoad hanc Conclusionem sequentes examinantur Casus.

ARGUMENTUM.

Patronus potest recipere Candelam in die Purificationis à Monachis Cisterciensibus illam spontè dantibus; & exigere ab illis, ea, quæ sibi competunt ratione Jurispatronatus.

SUMMARIUM.

- 1 *Gregorius IX. liberavit Monachos Cistercienses à molestiis Patronorum.*
- 2 *Patronus non est prohibitum recipere Candelam, die Purificationis, aut aliud à Cisterciensibus spontè dantibus.*
- 3 *Patronus exigere potest à Cisterciensibus retentionem scamni propè Altare majus Ecclesiæ Patronalis; & hujusmodi retentio non est ei deneganda; Amplia, ut num. 7.*

- 4 *Laicis Nobilibus non solùm permitta est retentio sedilis in Ecclesia, sed etiam illud expostulando denegari non valet.*
- 5 *Cæmoniale facit legem, & pro lege est servandum.*
- 6 *Retentio scamni in Ecclesia est effectus consecutivus, & promanans à jurepatronatus.*
- 7 *Patronus non est privandus scamno in Ecclesia absque justa, & rationabili causa. Amplia, ut n. 9.*
- 8 *Patronus exigere potest à Cisterciensibus, aut à Rectori Ecclesiæ Patronalis notificatiōnem omnium luitiōnum Censum, spectantium ad eorum Monasterium, ac consignatiōnem notulae instrumentorum & iurium concorrentium dotem ejusdem Monasterii.*
- 9 *Potest etiam exigere ab eisdem Religiōsi alimenta in casu inopie; & alia iura de quibus, num. 12.*
- 10 *Gregorius IX. non prohibuit exigere à Cisterciensibus ea, quæ de jure competunt Patronis ratione jurispatronatus.*

CASUS

C A S U S I.

Occasione Festivitatis Purificationis accedens Patronus ad Ecclesiam Monasterii Monachorum Cisterciensium de ejus jure patronatus, ad audiendam Concionem, quæ ibidem tenebatur in laudem Beatissimæ Virginis, instetit pro elargitione Candelæ, quam Monachi quolibet anno ipsi sponte tradebant; pro retentione scamni prope Altare majus; pro notificatione omnium litionum censuum spectantium ad Monasterium, ac pro consignatione notulæ instrumentorum, & jurium concernentium dotem ejusdem Monasterii. Non repugnabant Monachi tradere Patrono solitam Candalam, solum renuebant cætera supradicta præstare; queritur an Monachi ad ea tenentur, seu an Patronus possit ab ipsis ea omnia exigere.

I Dispositio hujus Canonis negativam responsionem suadere videtur dum Gregorius IX. liberavit Monachos Cistercienses à molestiis Patronorum, prohibens his quicquam pro libito exigere ab illis occasione juris patronatus.

Sed veritas est in contrarium; Siquidem quod attinet ad Candalam, potest Patronus die Purificationis illam legitimè recipere à Monachis; quia prohibetur ab hoc Canone exigere, quod est propriè ab invitis extorquere, non verò inhibetur Patronis aliquid recipere à Cisterciensibus sponte dantibus; ut optimè animadvertisit Cherubin. in compendio Bulgar. ad hanc Constitutionem VII. Gregorii IX. pag. mibi 15.

3 Quò verò spectat ad alias prætentiones ejusdem Patroni, iste certò quidem exigere valet à präfatis Monachis, ut retineatur pro se, & eis de sua Familia, scamnum prope Altare majus Ecclesiæ Patronalis; Hujusmodi namque scamni retentio, non solum est conformis dispositioni juris Canonici concedentis digniori usum sedilium, in Ecclesiis, & omnimodam präcedentiam in sessionibus, & in quolibet alio actu per Text. in cap. statuimus de major. & obedien. cap. cum olim de consuetud. ibique Gloss. verb. sessionibus Ciarlin. tom. 2. controv. 119. n. 8. & n. 54. Gratian. cap. 210. num. 13. Rot. decis. 4. ex

num. 29. ad 33. coram Ottobon., & in Pampilonen. Præminentiarum 26. Junii 1702. §. Et seriatim, coram Reverendissimo Molines.

4 Præcipuè Laicis sanguinis nobilitate präfulgentibus, quibus non solum permisæ est retentio sedilis in Ecclesia, sed illud expostulando denegari non valet, cum id peculiariter sit präscriptum in Cærimoniali lib. 2. cap. 13., in quo conceduntur hujusmodi Sedes Nobilibus, atque illustribus viris, dummodo extra Chorum, vel Presbyterium collocentur, ut per præcisa verba decernitur, ibi = Sedes autem pro Nobilibus, atque illustribus viris Laicis, plus minusve pro cuiusve dignitate, & gradu ornatas decer extra Chorum, & Presbyterium collocari juxta Sacrorum Canonum präscriptum, laudabilisque antiquæ disciplinæ documenta, jam inde ab Exordiis Christianæ Religionis introducta, ac longo observata = Quod quidem Cærimoniale, cum fuerit à Clemente VIII. confirmatum, & extensum per universum Orbem Catholicum facit legem, ac pro lege servandum esse in omnibus Ecclesiis firmavit Card. de Lac. in Miscell. disc. 37. n. 10. Rot. dec. 647. n. 3. par. 4. tom. 3. rec.

6 Verò etiam eadem retentio scamni est effectus consecutivus, & promanans à Jure patronatus, vigore cuius competit patrono honor, & præminentia, & consequenter ipse Primus in Ecclesia Patronali, sive Sæculari, sive Regulari sedere debet, & præ cæteris sede nobilitati honorandus, ut firmavi superius Par. I. Can. I. & II. Cas. I. n. 4. & Can. IV. Cas. VII. n. 13.

7 Eoque magis cum probet se per quadragenariam, inò per immemorabilem conuentudinem esse in possessione retinendi scamnum in designato loco prædictæ Ecclesiæ; in qua possessione proinde venit manutendus. Giovagnon. conf. 8. n. 12. & 23. Ciarlin. controv. 119. n. 9. Manriq. tract. de Præced. q. 5. n. 4. & quæst. 18. per tot. Palm. Nep. consult. 30. n. 11. Pignatell. consult. 7. n. 23. tom. 1. & consult. 48. num. 1. tom. 7. Sanfelic. decis. 333. per tot. Rot. in Pampilonen. Præminentiarum 7. Martii 1701. §. Iterum coram R. P. D. dell' Omo, & 26. Junii 1702. §. Certius, cor. Reverendissimo Molines, & in Baren. scamni 4. Junii 1703. §. Quamobrem, coram R. P. D. de Omaña. Non vero est ea spolian-

8 liandus, & privandus à supradictis Monachis absque justa, & rationabili causa, dum retentio dicti scamni pro Patrono, & tota ejus familia prope Altare majus, non est incommoda, nec præjudicialis Ecclesiæ, neque impeditiva functionum Ecclesiasticarum. *Paris. conf. 149. num. 2.* & seq. lib. 4. *Lara de Annivers. & Cappell. lib. 1. cap. 24. num. 12. Lagunez. de fructibus par. 1. cap. 30. §. 1. n. 29.* & seq. *Antonell. de loco legal. lib. 1. cap. 3. n. 55. Pignatell. tom. 7. consult. 48. n. 1.* Etiam in hypothesis, quod retentio ex causa facultativa processerit; nam licet concessio fuisset, ab initio gratuita, ex post tamen effecta fuit necessaria, & irrevocabilis. *Romaguier. ad Synod. Gerunden. lib. 3. tit. 14. cap. 2. num. 6. Giovagnon. d. conf. 8. n. 18.* & seqq. *Gratian. discept. forens. 110. n. 18.* & seq., & alii in dicta Baren. scamni 4. *Junii 1703. §. De jure cor. R. P. D. de Omaña.*

10 Potest etiam idem Patronus exigere à Cisterciensibus, quod sibi notificantur omnes luitiones censum spectantium ad eorum Monasterium, quod propriis sumptibus ædificavit, & dotavit, ac etiam, quod sibi consignet notula Instrumentorum, & jurium concernentium dotem ejusdem Monasterii; quia Patronus habet jus defendendi Ecclesiæ, & Monasteria Patrimonialia, ut dixi *Par. I. Can. IV.*, & curare debet, ut eorum bona conserventur, non dilapidentur, neque alienentur; ut in similibus terminis rescriptit *Rota in Barchinanen. Beneficiorum 30. Junii 1704. §. final. cor. R. P. D. Omaña.*

11 Sicuti posset exigere ab eisdem Cisterciensibus alimenta in casu inopiae, deducit prius necessariis pro Monasterii, ac Monachorum sustentatione, & pro Divino Cultu, & reparatione Ecclesiæ, juxta firmata *Par. I. Can. III.* & tradit *Tamburin. de jure Abbat. tom. 1. disput. 7. quæst. 5. n. 22.*

12 Ac etiam ab eisdem exigere, ut Missam offerre teneantur quotidiè, si fieri potest, pro Animabus Patronorum defunctorum; quod Patroni tam vivi, quam Defuncti participes fiant spiritualis fructus, quem dicti Religiosi orando, jejunando, aliaque pia opera tam communia, quam particularia exercendo apud Deum luctantur; quod postquam fuerit facta electio Ministrorum Monasterii, debet eam significare Patrono pro tempore, ad

effectum, ut si voluerit, suum honestum impartiatur assensum, juxta dispositio-
nem Sacrorum Canonum; dummodo hujusmodi conditiones in limine fundationis Monasterii fuissent à Fundatore, appositæ, & à Sede Apostolica approba-
tæ; uti de facto approbata fuerunt ab Alexandro VII. de voto Sacræ Congre-
gationis Concilii, in limine fundationis
trium Conventuum Fratrum Congrega-
tionis Hispaniæ Ordinis B. Mariæ de
Mercede Provinciæ Andalusiæ favore
Ducum Medinæ Sidoniæ, ut appareat ex
ejus Constitutione la 66. *Bullar. Rom.*
tom. V.

Quin ulla tenus obest eidem Patrono præsens Canon; quia Gregorius ibi non prohibuit exigere à Cisterciensibus, ea-
quæ de jure competunt Patronis, ratio-
ne Jurispatronatus, sed solùm ea, quæ pro libito, occasione, & non ratione juris-
patronatus, indebitè ab ipsis extorque-
bant, nimurum bladum, vinum, eve-
tiones, Animalia, & res alias pro ædificatio-
ne, ac munitione, suorum Castrorum, &
Villarum, ac pro tyrociniis, torneamen-
tis, expeditionibus, & aliis usibus eo-
rumdem Patronorum.

ARGUMENTUM.

An Imperatrices, & Reginæ intro-
duci possint à Patrono in Do-
mus, & Monasteria Cistercien-
sium.

S U M M A R I U M.

- 1 *Mulieribus est probitum ingredi Domos, & Monasteria Virorum, etiam si essent Fundatrices, ut num. 2. Limita, ut ibi.*
- 3 *Viris est probitum ingredi Monasteria Monialium, etiam si essent Fundatrices; & n. 4. Limita, ut ibi.*
- 5 *Patronus introducere Potest in Domus, & Monasteria Cisterciensium Reginas, & alias Personas Regias. Et quare, vide n. 7.*
- 6 *Pontifex prohibendo Patronis introducere Fæminas in Domus Cisterciensium, in-
telligitur de illis Domibus, quæ sunt in-
tra*

tra, non verò extra Claustra Monasterii.

8 Concedi solet à Sede Apostolica Fundatricibus Monasteriorum Monialium præsertim Nobilibus facultas ingrediendi cum honesto comitatu Clasuram eorumdem Monasteriorum certis anni temporibus.

C A S U S II.

Quidam Princeps Supremus Patronus Monasterii A Ordinis Cisterciensis introduxit Reginam cum tota ejus comitiva in quadam eorum Domo contigua Monasterio, ad effectum vindendi Corpus eujusdam Sancti, quod in Cappella ibi situata servabatur; Quæritur an id fieri potuerit per Patronum?

1 Videtur negativè respondendum, quoniam prohibitus est ingressus Mulierum in Monasteria Virorum non solum ex censura hujus *Canonis* specialiter respectu Monachorum Cisterciensium, verum etiam generaliter respectu cujuscumque Ordinis etiam sub pena excommunicatio- nis ex Constitutione Divi Pii V. incipien. *Regularium Personarum*, in qua prohibetur mulieribus cujuscumque status, gradus, conditionis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis Domos, & Monasteria Regularium ingredi, quam refert *Roderic. quest. regul. tom. I. quest. 48. art. 1.*, & est communis omnium Doctorum sententia, præsertim ipsius Roderici *ubi supra*; *Lezan. in sum. tom. I. cap. 10. n. 9. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 102. n. 87.* Quod procedit etiam si mulieres essent Fundatrices dictorum Monasteriorum, nisi aliter fuerit statutum de consensu Summi Pontificis in limine foundationis, aut erectionis, juxta *Passerin. in cap. periculo de stat. Regul. n. 124. Lezan. ubi supra n. 10.*

3 Sicuti è contra pari ratione est etiam prohibitus ingressus virorum in Monasteria Mulierum, seu Monialium, ut expresse disponitur in *cap. periculo de stat. Regul. in 6. ibiq. Monach. Archid. Anchuran. Passerin. num. 97. & seqq.*, & confirmavit Concilium Tridentinum *sess. 25. de Regul. cap. 5.*, etiam si essent Fundatrices eorumdem Monasteriorum, nisi in Literis Apostolicis erectionis securus expresse caveatur; & etiam si essent Imperatores, & Reges *Passerin. ubi supra num. 122. Nicol. in*

Floscul. verb. fundator n. 2. Barbos. ad Con- cil. sess. 25. de Regul. cap. 5. n. 48.

5 Sed hoc non obstante censeo dicendum in hoc casu Patronum introducere potuisse Reginam in prefata Domo Cisterciensium, nec per hujusmodi introductionem contravenisse dispositioni hujus

6 *Canonis*; quia in primis Pontifex prohibendo hic Patronis introducere Fœminas in Domibus Cisterciensium, intelligitur de illis Domibus, quæ sunt intræ septa, & Claustra Monasterii, non verò de eis, quæ sunt extra Claustra, uti est hæc, de qua agitur. *Passerin. ubi supra num. 8. Ventrigl. in prax. par. I. annot. 5. §. 1. num. 2. Lezan. in sum. tom. I. cap. 10. n. 11. Barbos. de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 102. n. 87.*

7 Deinde in hujusmodi prohibitione numquam præsumitur comprehendere voluisse Fœminas Regias, quæ propter earum sublimitatem, ac generis claritatem cùm sint dignæ specialis mentionis, in materia odiosa non veniunt sub simpli- ci, & generali nomine mulierum; Et re- vera quod non sit prohibitum his Personis Regiis modestè, tamen, ac devotè ingredi Monasteria virorum declaratum fuit per Gregorium XIII. ex *Sententia Sacrae Congregationis Concilii ad instantiam eujusdam Religiosi Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula*; cui quærenti, an per supradictam Constitutio- nem Pii V. censeretur derogatum suæ Regulæ, ut singulæ Dominæ de stirpe Regia procreatæ, ac etiam omnes hujus Ordinis Fundatrices, quæ locorum ejusdem Ordinis septa communiora videre postulaverint, eadem honestè cum sua Comitiva intrare, ac devotè visitare tolerentur, fuit responsum; non censi derogatum *quoad Reginas*, vel Fundatrices dumtaxat, ut referunt Roderic. *quest. regul. tom. I. dicta quest. 48. art. 1. S. Circa. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 102. n. 96.* Et hanc sententiam tuerentur idem *Barbos. ubi supra n. 92. Lezan. in sum. tom. I. dicto cap. 10. n. 10.*, ibi *Idem dico de Imperatricibus*, aut Reginis saltè quando intrant Monasteria non occulte, sed magno Comitatu, & ex bono fine, cùm enim Pontifices non fecerint in prædictis Bullis mentionem de illis, credendum est noluisse ipsas comprehendere.

Et

8 Et quidem talis, ac tanta est prærogativa Fundatorum, & Fundatricum Monasteriorum præsertim nobilium, & illustrium, ut ipsis potentibus in limine foundationis facultatem ingrediendi certis anni temporibus eadem Monasteria cum honesto comitatu, hujusmodi facultas pro similibus personis nobilibus, & illustribus concedi solet à S. Sede Apostolica, uti de facto novissimè concessa fuit à S. Congregatione Concilii in Magdalunen. 22. Aprilis 1719. ubi cùm inter cætera peteret Ducissa Carlotta occasione foundationis Monasterii pro virginibus Deo dicandis in Oppido Magdaluni,

quod sibi, & Ducissis in futurum, semel obtenta licentia Sedis Apostolicæ, licet ingredi clausuram Monialium duodecies per annum, & cum competenti aliarum nobilium, vel honestarum fœminarum numero, fuit à Sac. Congregatione rescriptum, pro facultate ingrediendi per sex vires quolibet anno, & cum Comitatu sex Matronarum, quo ad Ducissam Carlottam, & quo ad alias in Ducatu succedentes, pro facultate ingrediendi, per tres vices quolibet anno, & cum tribus tantum Matronis, servata in reliquis forma aliarum clausurarum, quæ in consimilibus Brevibus pro ingressu in Monasteriis apponi solent.

C A N O N I I.

NICOLAVS QUINTVS Confit. I. §. 4. Bull. Rom. Tom. I.

AD Sacram Petri Sedem Divina dispositione sublimati: Ann. 1447.
A Et *infra*: Placet etiam nobis, quod per quamcumque aliam reservationem, gratiam, expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacumque verborum forma, per nos, vel auctoritate nostra factam, vel faciendam non impediamus nos, quo minus de illis cùm vacabunt de Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus, liberè disponatur per illos, ad quos eorum collatio, provisio, præsentatio, electio, seu quævis alia dispositio pertinebat: Reservatione, aliave quavis dispositione, auctoritate nostra factis, vel faciendis, non obstantibus quibuscumque. Quoties verò aliquo vacante Beneficio in Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris mensibus specialiter dispositioni dictæ Sedis reservatis, non apparuerit infra tres menses à die notæ vacationis in loco Beneficii, quod alicui de illo Apostolica auctoritate provisum fuerit, ex tunc, & non antea Ordinarius, vel alias, ad quem illius dispositio pertinebit, de illo liberè disponere poterit, & ad finem, ut hæc ordinatio collationum Beneficiorum non reservatorum per alternos menses possit per dictam Nationem publicari, & omnes, qui ea gaudere voluerint, tempus congruum habeant

Pars VI.

Gg

cam

eam acceptandi, tunc quo ad dictam Sedem à Kalendis Ju-
nii proximè futuris ipsa currere incipiet, & durabit dein-
ceps, nisi in futuro Concilio de consensu dictæ Nationis
aliter fuerit ordinatum.

COMENTARIUM.

EX hoc Canone infrascripta deducitur conclusio.

DE BENEFICIS GERMANIAE VAGANTIBUS EXTRA ROMANAM CURIAM IN MENSIBUS FEBRUALII, APRILIS, JU-
NII, AUGUSTI, OCTOBRI, ET DECEMBRI, POTEST ORDINARIUS, AUT ALIUS, AD QUEM SPECTAT COL-
LATIO, PROVISIO, PRÆSENTATIO, SEU QUÆVIS ALIA DISPOSITIO LIBERE PROVIDERE. POTEST ETIAM
ORDINARIUS, AUT ALIUS, AD QUEM SPECTAT COLLATIO, AUT PRÆSENTATIO LIBERE PROVIDERE DE EIS-
DEM VACANTIBUS IN MENSIBUS JANUARII, MARTII, MAJI, JULII, SEPTEMBRI, ET NOVEMBRI RES-
ERVATIS, NISI APPARUERIT INTRA TRIMESTRE A DIE NOTÆ VACATIONIS IN LOCO BENEFICIÙ DE EIS PRO-
VISUM A SEDE APOSTOLICA. = Quam conclusionem confirmavit etiam Clemens VII. in
ejus Constitutione incipien. Admonet la 41. §. 2. Bullar. nov. tom. 1. ubi declaravit nul-
las, & irritas collationes, & provisiones beneficiorum vacantium in dictis sex mensibus

Ann. 1534.

reservatis factas ab Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Collatoribus, sive liberè, sive
ad præsentationem Patronorum, ac decrevit ab eis Provisos esse intrusos, & malæ fidei
Possessores, & ad restitutionem fructum teneri, ac insuper reservavit quæcumque jura
Provisis de Beneficiis in Mensibus Apostolicis vacantibus, etiam agendi quandocum-
que contra intrusos; ibi = Nos igitur qui à dictis Concordatis, quæ olim Romana Ecclesia
unione, ac pace, & tranquillitate inter Ecclesiam, & Nationem prædictas perpetuò solidan-
dis, & conservandis, laudata, conclusa, & acceptata fuerunt, nullatenus recedere inten-
dimus, nè dicti præsumptores, & contemptores, aut per eos in dictis beneficiis intrusi, ex
hujusmodi temeraria præsumptione gloriari valeant, nevè ipsi intrusi ex adulterinis eorum
titulis aliquem fructum reportent, nec illis, quibus de beneficiis prædictis, per nos, aut dictam
Sedem, seu ejus auctoritate provisum extitit, & in futurum providebitur, per alicujus
temporis fluxum, seu aliquam patientiam, vel tolerantiam præjudicium fiat, aut factum
censeatur, ex Pastoralis officii debito providere volentes, ac concordatis prædictis firmiter
inherentes, motu proprio, & ex nostra matura deliberatione, ac certa scientia, auctoritate
Apostolica, de Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium declaramus prætensas col-
lationes, & alias dispositiones, de quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis cum cura, & sine
cura, nobis, & dictæ Sedi, ut præfertur, reservatis, per Archiepiscopos, Episcopos, Prae-
latos, ac sacerdotes Principes, & Dominos quoscumque dictæ Nationis, seu ad eorum præsen-
tationem, vel nominationem, etiam per Ordinarios ipsorum Beneficiorum Collatores à tem-
pore dictæ directionis citrà, contra tenorem, & formam dictorum Concordatorum quomodolibet
factas, & in posterum faciendas personis, quibus, aut in quarum favorem factæ sunt,
aut in posterum sunt, nisi sunt per nos, aut nostra, vel dictæ Sedis auctoritate approbatæ,
nullum titulum, vel colorem ipsa beneficia possidendi tribuisse, aut in futurum tribuere, sed
& illis pro malæ fidei possessoribus, & merè intrusis ab omnibus haberi, & censi, ac fru-
ctus per eos ex beneficiis hujusmodi perceptos, & percipiendos nullo unquam tempore suos
facere, sed ad illorum restitutionem in utroque foro efficaciter obligatos esse, & ad illorum
restitutionem, ad eorum, quorum interest, seu etiam Fisci nostri instantiam, omnibus viis
juris, & remedii, compelli posse, & debere, & eos nullo unquam tempore, beneficio Re-
gularum de Annali, & Triennali pacifico possessore gaudere potuisse, aut posse = Nec non
declaravit Gregorius XIII. & in ejus Constitutione incipien. Quæ in Ecclesiam la 41.
§. 2. Bullar. Rom. tom. 2. ibi = Nos indignum rati, quod temporis mora, quam ad per-
scrutandam accuratius talium probitatem, industriam, & alia requisita intercedere pro utili-
tate Ecclesiae necesse est, locum injuriis aperiat, attendentesque verba prædicta in loco be-
neficii,

2
Ann. 1576.

neficii, cum verbis, notæ vacationis, quæ protinus antecedunt, conjungi, & ad illa dum-saxat referri, ac voluntatem concedentis, sensumque concessionis, & literarum prædictarum sic esse, ut dispositio beneficii intrà tres menses à die notæ vacationis à Sede prædicta fieri, deque gratia facta alicubi apparere debeat, quemadmodum re inter utriusque juris interpretes jam pridem controversa, summa ratione judicatum appareret, vix enim est, ut itineribus non modo infestis, aut prohibitis, quod ferè semper alicui contingit, sed etiam expeditis, quis ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, & in ea ad expediendum negotium, vel paulisper moratus, in easdem se recipere tanta temporis angustia possit. Quo circa equitate, & justitia suadentibus præsentium auctoritate declaramus, concessionem Nicolai Pape, & literas prædictas locum omnino non habere, quod Ordinarii, aut alii Collatores prædicti post lapsum trium mensum ex die notæ vacationis in loco beneficii disponere possint de ulla beneficis prædictis, alias sub concessione, & literis prædictis comprehensis extra Romanam Curiam, in mensibus prædictis quoque modo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium mensum per Romanum Pontificem, ac dictam Sedem, qualiscumque gratia, vel dispositio, aut concessio facta fuerit. Nè tamen cuiquam licitum sit factam à Sede prædicta dispositionem hujusmodi in longum obtegere, illi, quibus deinceps gratia hujusmodi concedentur, etiam concessionum fidem, & testimonium intrà tres menses à die notæ vacationis in loco beneficii hujusmodi, vel dictis Collatoribus significare, vel in ipso beneficii loco publicare quoquomodo teneantur. Et eam communiter probant Branden. ad concordata Germaniaæ quæst. I. num. 8. & seqq. & quæst. 5. num. 9. & in primo, & in secundo notabili, Nicolartis ad concordata Germaniaæ tit. I. dub. I. §. 14. & 21. & dub. 5. §. 7. & dub. 11. §. 1. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 25. num. 4. Cherubin. in Compend. Bullar. hic, Barbos. de offic. & potest. Epist. par. 3. alleg. 57. nu. 54. Rot. decis. 522. num. 6. par. 19. rec. & decis. 572. nu. 13. cor. Cerro, & in Augustiniana Canonicatus 12. Januarii 1703. §. His coram Reverendissimo Molines, & in Monasterien. Vicaria 12. Martii 1706. §. Justificatio coram R. P. D. Omanna, & in Monasterien. Decanatus 26. Aprilis 1709. §. Justificatio, & §. Nullius coram. bon. mem. Caffarello, & in Monasterien. Vicaria 3. Aprilis 1713. §. I. cor. R. P. D. Lancetta, & in Virdunen. Abbatia 3. Aprilis 1702. §. Magis in aperto coram Reverendissimo Molines, & in Monasterien. Canonicatus 13. Maii 1715. §. I. coram R. P. D. Falconerio, & in Treviren. Parochialis 26. Junii 1715. §. Parochiale coram R. P. D. Lancetta, & 10. Februarii 1716. §. Literas coram R. P. D. Foscari.

3 Conventum fuit inter cætera anno 1446. Francofurti inter Deputatos Eugenii IV. Summi Pontificis, & Legatos Frederici III. Imperatoris, & Principes tam Ecclesiasticos, quam sæculares inclitæ Nationis Germanicæ, ut super reservatione, & collatione Ecclesiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorum opportunè provideretur, idè Nicolaus V. Eugenii successor ad sedandas discordias, ac pro unione, pace, & Tranquillitate Ecclesiarum Romanarum cum præfata Natione Apostolica Auctoritate laudavit, approbavit, & confirmavit sequentia concordata.

4 Primò nimirum renovando Reservationes Extravagantium Execrabilis, & ad Regimen de Preben. & Dignis. reservavit sibi, & S. Sedi Apostolicæ omnes Ecclesiæ Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales, Monasteria, & omnes dignitates, ac omnia beneficia tam sæcularia, quam regularia, & cujuscumque generis, sive conditionis, quo-cumque modo vacantia apud Sedem Apostolicam.

5 Secundo, omnia beneficia cujuscumque generis, & conditionis ubilibet vacantia per depositionem, privationem, aut translationem beneficiati auctoritate Apostolica factas, vel facendas.

6 Tertio, omnia beneficia electiva quando apud Sedem, vel alibi ubicumque, continet electionem ad illa cassari, postulationem repelli, & renunciationem per electos, aut postulatos factam auctoritate Apostolica admitti.

7 Quarto, omnia beneficia cujuscumque generis, & conditionis Cardinalium S. Romanæ Ecclesiæ, & officia Vicecancellarii, Camerarii, septem Notariorum Auditoris, Literarum contradictarum, & Apostolici Palatii causarum Auditorum, correctorum centrum, & unius, scriptorum Literarum Apostolicarum, & viginti quatuor Poenitentiariæ

Pars VI.

Gg 2

S. Sedis

- S. Sedis, & vigintiquinque Abbreviatorum, Commensalium Summi Pontificis, virginis quatuor Cappellanorum ejusdem Sedis, quorumcumque Legatorum, Collectorum, ac in Terris Romanæ Ecclesiæ Rectorum, ac Thesaurariorum, ubicumque vacantia.
- 8 Quinto: omnia beneficia cuiuscumque generis, & conditionis venientium ad Romanam Curiam, aut ab ea recendentium, vacantia per istorum obitum sequutum in Locis à dicta Curia ultrà duas dietas Legales non distantibus.
- 9 Sexto, omnia beneficia quorumcumque Curialium peregrinationis, infirmitatis, seu recreationis, vel alia quacumque causa ad quævis loca secedentium, vacantia per eorum obitum in locis ultra duas dietas ab eadem Curia non remotis.
- 10 Septimo reservavit insuper S. Sedi omnia beneficia cuiuscumque generis, & conditionis vacantia per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum aut de regimine Monasteriorum.
- 11 Octavo, omnia beneficia cuiuscumque generis, & conditionis vacantia per pacificam assecutionem incompatibilium.
- 12 Nono confirmavit, & approbavit quod in Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis Germaniæ etiam immediate non subjectis Sedi Apostolicæ, & in Monasteriis immediate subjectis vacantibus extra curiam fiant Electiones Canonicæ, ad formam Cap. *Quia propter de elect. quæ ad Sedem Apostolicam pro obtinenda confirmatione deferantur intrà tempus constitutum à Nicolao III. in Cap. Cupientes de elect. in 6.* nimirum intrà unum mensem, & si Canonicæ fuerint confirmantur à Papa, nisi ex rationabili, & evidenti causa, ac de Cardinalium consilio, de dignori, & utiliori persona duxerit providendum.
- 13 Decimo, si de Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus, etiam immediate non subjectis Sedi Apostolicæ, aut de Monasteriis eidem immediate subjectis extra curiam, vacantibus non fuerint factæ Electiones Canonicæ; aut fuerint factæ, sed non fuerint delatae intrà tempus statutum ad Sèdem Apostolicam pro confirmatione obtinenda, reservavit sibi, & eidem Sedi carumdem Ecclesiæ Provisiones.
- 14 Undecimo reservavit etiam eidem Sedi Monasteria Monialium quæ sunt exempta, minimè tamen non exempta.
- 15 Duodecimo; (quod pertinet ad nostram materiam, de qua agimus) approbavit, & confirmavit quod vacantibus cæteris Dignitatibus post majores in cathedralibus, & principales in Ecclesiis Collegiatis, & quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus extrà Curiam in Mensibus Februario, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembrio, possint Archiepiscopi, Episcopi, & alii ad quos spectat eorumdem beneficiorum collatio, provisio, electio, & presentatio, liberè ea provide. Vacantibus vero in aliis sex mensibus nimirum Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembri, & Novembri, sibi, & S. Sedi de eis providere reservavit, & ad ea provisenda, & conferenda constituit Trimestre, à die notæ vacationis, intrà quod si Sedes Apostolica eadem beneficia non contulerit, aut super eis nullo modo apposuerit manus, Jus conferendi redit ad ordinarios collatores; sic summa benignitate permittendo, quod etiam contra Jus commune, Cap. *Per vestras de supplen. neglig. Prælat.* devolutio fiat de Supremo ad Inferiorem.
- 16 Ex quibus patet, quod hujusmodi concordata sint magis favorabilia Nationi Germanicæ, quam sint Regulæ Cancellariae, siquidem per hæs reservantur absolute, & simpli- citer dispositioni Sedis Apostolicæ omnes Cathedrales, pér ea vero, reservantur eædem Cathedrales, quando vacant apud Sèdem; Per Regulas Cancellariae beneficia vacantia in mensibus reservatis perpetuè manent affecta, nec de illis alius, quam Pontifex ullo tempore manus apponere potest; Per concordata autem permittitur ordinariis procedere ad collationem beneficiorum vacantium etiam in mensibus reservatis, si intrà tres menses non apparuerit de Provisione Apostolica. *Quoad supradictam conclusionem sequens differit casus.*

AR-

ARGUMENTUM.

Beneficia Jurispatronatus an comprehendantur sub Concordatis Germaniae. Et an, & quando elapso Trimestre Summo Pontifici competente ad conferenda beneficia vacantia in sex Mensibus, ex vi concordatorum reservatis, Ordinarius nequeat illa libere conferre.

SUMMARIUM.

1. Beneficia Jurispatronatus non cadunt sub concordatis Germaniae. Intellige ut num. 8.
2. In Impetrationibus Beneficiorum est exprimendus verus valor.
3. Ordinarius jure devoluto ex vi Concordatorum potest liberè providere beneficium vacatum in mense reservato; si Papa intrà Trimestre de eo nullo modo providet. Limita ut n. 12. & 13.
4. Literæ Apostolicæ in omnibus justificatæ sunt exequenda.
5. Beneficia vacantia in Mense Januarii, & in aliis quinque mensibus ex vi Concordatorum sunt Sedi Apostolicæ reservata. Amplia ut ibi.
6. Officia Ecclesiastica, quæ non dantur in titulum, aut Cappellania merè laicales non comprehenduntur sub concordatis.
7. Beneficia Jurispatronatus Ecclesiastici cadunt sub Concordatis. Amplia ut ibi.
8. Beneficia Jurispatronatus mixti non cadunt sub concordatis.
9. In canonicatibus, & beneficiis Germaniae juxta concordata, valor exprimi solet in vigintiquatuor ducatis.
10. Proviso, seu apositio manus Summi Pontificis intrà trimestre sufficit ut Canonicatus, aut beneficium sit specialiter affectum, etiam si Literæ Apostolicæ in eodem termino non fuerint expeditæ, & num. 20. & 23.
11. Proviso Apostolica non est nulla, si omisum fuerit fieri publicationem obtentæ provisionis intrà tres menses. & n. 22.
14. Papa si ob aliquod legitimum impedimentum non conferat beneficium reservatum intrà Trimestre, Ius conferendi non reddit ad Ordinarium, nec per viam præscriptionis, nec per viam devolutionis, & num. 15.

16. Papa elapso Trimestre, potest conferre beneficium per viam purgationis moræ.
17. Dies vacationis beneficij an computetur in Trimestre.
18. Si erigeretur, & fundaretur beneficium in mense reservato an caderet sub concordatis.
19. Mensis Septembris est Sedi Apostolicæ ex vi concordatorum reservatus.
21. Ordinarius non potest disponere de beneficio, alteri intrà Trimestre à Papa collato.

CASUS UNICUS.

VAcato prima die Januarii in quādam Ecclesia Cathedrali Germaniae Canonicatu de Jurepatronatus Capituli quidam Sacerdos illum impetravit mense Februarii in dataria Apostolica tamquam de reservato, & sub expressione valoris non excedentis annuos ducatos vigintiquatuor aureos de Camera, Literas tamen Apostolicas non expedivit nisi in Mense Aprilis; E' contra Ordinarius elapsis tribus Mensibus, cùm in loco Canonicatus nemo comparuissest à S. Sede Apostolica Provisus, contulit eumdem Canonicatum jure devoluto alteri Sacerdoti; Quarit an Literæ Apostolicæ sint exequenda vel potius Provisio Ordinarii sit sustinenda?

Literas Apostolicas non esse exequendas suadetur ex eo, quod ipsæ primò aspettu apparent subreptitiæ, tum quia non fuit notificatum Summo Pontifici, quod supradictus Canonicatus erat de Jurepatronatus; si enim Papa id scivisset, Canonicatum tanquam de reservato non contulisset, cùm Beneficia Jurispatronatus non cadant sub concordatis, & aliis reservationibus Apostolicis, sed quocumque tempore videntur semper ad Patronorum præsentationem sunt providenda, nè Christi fideles à beneficiorum, & Ecclesiæ fundationibus retrahantur juxta: *Alexand. conf. 75. in princip. n. 1. vol. 4. Roch. de Curt. de Jurepat. verb. honorificum quest. 4. n. 22. & seq. & quest. 24.*

n. 54.

n.54. *Lambertin.* eodem tract. lib.2. p.1.
q.9. art.22. *Gonzal.* ad *Regul.*8. *Cancel.*
*gloss.*18. n.1. & seqq. *Garz.* de *benef.* p.5.
cap.1. n.571. & seqq. & in terminis con-
cordatorum *Nicolarts ad Concordat.* *German.* tit.1. dub.5. §.8. *Chokier ad Regul.*8.
cancell. *glos.*1. n.3. & *gloss.*8. per tot. & ad
Preces primarias *sect.*2. *lit.* Q. vers. *Præ-*
sentationem, *Barbos.* de *offic.* & *poteſt.* *Epi-*
scopi p.3. *alleg.*57. *num.*25. & seqq. &
*num.*144.

2 Tum quia non fuit expressus verus va-
lor ejusdem *Canonicatus*, cum ille ascen-
dat ad annuos ducatos 400. contra deter-
minationem *Regul.*55. *Cancellariæ*, ubi
expressè sancitur, quod in *impertrationi*
bus *beneficiorum* sit exprimendus verus
valor sub *pœna nullitatis gratiæ*; Unde
non sunt *exequendæ*, sed retardari me-
rentur *juxta auctoritates*, quas refert, &
sequitur *Rot. in Parmen.* *Beneficii* 28. *Ja-*
*nuar.*1701. §. *Cum enim coram Eminentiis.*
Scotto.

3 Et consequenter sustinenda venit
provisio ab *Ordinario* facta de eodem
Canonicatu, non solum quia iste utpote
Patronali, non cadit sub *concordatis*
Germaniæ; verum etiam quia etiam ad-
missa ejus comprehensione sub eisdem
concordatis, tamen cum non apparuerit
in loco *beneficii* *Papam* intrà tres menses
à die notæ *vacationis* providisse de eo-
dem *Canonicatu*, potuit pròinde ex for-
ma *concordatorum* *Ordinarius* illam jam
devoluto validè conferri ex *superiùs* fir-
matis in *Commentario*.

4 At his omnibus posthabitis, & mini-
mè attentis censeo præfatas *Literas Apo-*
stolicas esse *exequendas*, & cum sint in
omnibus plenè *justificatæ*, plenam etiam
merentur *executionem* ad *Text.* in *cap.* Si
Capitulo de concess. præben. in 6. *Rot.* *decis.*
141. n.2. p.19. *rec.* & *alibi* *passim*. *Justi-*
ficatio autem *distarum Litterarum* in eo
quod attinet ad *controversi* *Canonicatus*
reservationem, clarissimè resultat ex il-
lius *vacatione* in *Mense Januarii*, qui
Mensis, ut patet ex hoc *Canone*, est *Sedi Apo-*
stolicæ *reservatus*, adeò ut ceteræ
5 dignitates post *Majores* in *cathedralibus*,
& *principales* in *Ecclesiis Collegiatis*, &
quæcunque alia *beneficia* *vacantia* in di-
cto mense, & in aliis quinque *mensibus*
ibidem *enumeratis*, *comprehenduntur*.

sub *concordatis*, & sunt *Papæ* *reservata*,
& ad ejus liberam *collationem* pertainen-
tia sive sint, *erecta* antè, sive post *datam*, &
publicationem *concordatorum*, sive sint
monocularia (quæ dicuntur, quoties in
Ecclesia unum dumtaxat est *beneficium*,
vel quoties *collatori* competit unius tan-
tum *beneficii* *collatio*), sive denique sint
officia Ecclesiastica, dummodò tamen-
dentur in *titulum*, & ad *vitam Titulati*,
6 secùs si non dentur in *titulum*, uti sunt
officia custodis, *Cellarii*, *Protonotario*
rum, nec non *Cappellaniæ* merè *laicalis*,
& ad *nutum* *amovibilis*, aut *legata Mis-*
farum, ista enim non comprehenduntur
sub *concordatis*, neque sunt *Sedi Apo-*
stolicæ *reservata*, quocumque *men-*
vacent; ut de his omnibus tradit *Nico-*
larts ad concordata Germaniæ tit.1. dub.2.
§.3. & dub.3. §.2. cum seqq. & dub.4. §.2.
quem sequitur *Rot. in Monasterien.* *Deca-*
natus 26. *Aprilis* 1709. §. *Siquidem coram*
R.P.D. bo: me: Caffarello, & *in Monaste-*
rien. *Vicariæ* 3. *Aprilis* 1713. §. *Neque co-*
ram R.P.D. Lancetta.

7 Non obstante quod idem *Canonicatus*
sit *Jurispatronatus*, quia cum sit *Jurispa-*
tronatus *Capituli dictæ Ecclesiæ Cathe-*
dralis, dicitur esse *Jurispatronatus Eccle-*
siastici, & consequenter *concordatis* sub-
jectus; cum *Beneficia Jurispatronatus Eccle-*
siastici cadant, & comprehendan-
tur sub eisdem *concordatis*, etiam si adel-
set contraria *observantia*, quia *decretum*
irritans, quo *concordata* sunt munita
destruit omnem *consuetudinem*, & po-
nit in mala fide *præscribere* *prætenden-*
tem, ut expressè tuerintur *Nicolarts ad*
Concordat. *German.* tit.1. dub.5. §.7. *Co-*
*ebier ad Regul.*8. *Cancel.* *gloss.*8. *num.*1.
Rot. dec.572. *num.*11. *coram Cerro*, & *in*
Monasterien. *Vicariæ* 12. *Martii* 1706.
§. *Justificatio coram R.P.D. Omanna*, &
in Monasterien. *Decanatus* 26. *Aprilis* 1709.
§. *Qui tamen coram bo: me: Caffarello.*

8 Contrariis *Auctoritatibus* *superiùs* rela-
tis n.1. procedentibus in *Beneficiis de*
Jurepatronatus laicali, quæ certo equi-
dem ex ratione ibi deducta non cadunt
sub *concordatis*, sicuti sub eisdem non
cadunt *beneficia Jurispatronatus Mixti*
ut testatur idem *Nicolarts ubi supra* §.14.

Resultat etiam *Justificatio* carumdem
Litterarum in eo, quod spectat ad *expres-*
sio-

sionem valoris, ex eo quod iste fuerit expressus per non excessum in viginti quatuor ducatis, quod sufficit ad hoc, ut dicatur justificatus dum in Canonicatis, & beneficiis Germaniae juxta concordata valor ex primi solet in viginti quatuor ducatis. *Card. de Luc. de benef. disc. 90. n. 15. Rot. dec. 69. n. 3. p. 12.* & in Monasterien. *Vicariae 3. Aprilis 1713. S. Ille coram R. P. D. Lancetta, & in Hildesheim. Canonicatus 16. Martii 1716. S. Pro exequendis coram R. P. D. Crispo.*

Quin ullenus officiat objectum, quod cum Provisio Apostolica dicti Canonicatus intrà tres menses à die vacationis non innotuerit in partibus, validè potuerit Episcopus ad formam hujus *Canoni's* cumdem Canonicatum jure devoluto conferre. Siquidem Summus Pontifex providit dictum Canonicatum intrà trimestre, dum signavit supplicationem à Proviso Apostolico porrectam mense subsequenti Februario; quæ proviso seu apposito manus Summi Pontificis intrà trimestre sufficit ad hoc, ut dictus Canonicatus dicatur remansisse dispositioni Papæ specialiter affectus, etiam si in eodem termino Literæ Apostolicae non fuerint expeditæ, & ad hoc ut nemo de eodem tamquam devoluto disponere possit juxta declarationem Gregorii XIII. de qua supra in *Commentario* num. 2. & ad *Text. in Extravag. Romani Pontificis* §. Romani quoque de præben. *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 25. n. 33.* & seqq. cum aliis in *Treviren. Parochialis* 26. *Junii 1715. S. Quoniam cum seq. coram R. P. D. Lancetta* inferiùs impreß. quæ fuit confirmata 10. Febr. 1716. coram R. P. D. *Foscaro.* Et quamvis idem Gregorius ubi supra ad excitandam diligentiam Provisorum velit significationem obtentæ Provisionis intrà tres menses fieri debere, non proinde annulat provisionem, si hoc omissum fuerit *Rot. in Colonien. Canonicatus apud Branden. ad concordat. German. in 2. Notabili n. 4. & seq.* Adeoque cum Papa intrà tres menses contulerit, nulla, & irrita remansit collatio dicti Canonicatus facta ab Episcopo sub falsa devolutionis Causa. *Rot. in Augustana Canonicatus 12. Januar. 1703. S. Cum itaque coram Reverendissimo Molines, & in dict. Treviren. Parochialis 10. Febr. 1716. S. Absque eo coram R. P. D. Foscaro.*

Sed etiam per hypothesim admissum quod Papa intrà Trimestre nullo modo apposuerit manus seper dicto Canonicatu, non proinde est absolute, & indefinitè verum, quod Ordinarius possit illum jure devoluto conferre, dum in duobus casibus fieri potest, quod, non obstante, quod Summus Pontifex in termino Trimestris non apposuerit manus super beneficiis vacantibus in mensibus reservatis, jus liberè conferendi non redeat ad Ordinarium.

12. Primus est, si Papa post illos tres Menses præveniat Ordinarium in conferendo beneficium, hujusmodi namque præventione, & proviso Apostolica præventivè facta impedit, & aufert facultatem Ordinario liberè conferendi, adeòut si Ordinarius postea provideat, Provisus Apostolicus præfertur, & excludit Provisum ab ordinario; Ratio est, quia Papa dando ordinariis facultatem in hoc *Canone* conferendi beneficia vacata in mensibus reservatis lapsi trimestri, præsumitur non se spoliasse, imò sibi reservasse facultatem concurrendi cum ordinariis etiam in eorum Mensibus ad *Text. in cap. Dudum & cap. Quamvis il 2. de præben. in 6. Branden. ad concordata Germaniae quest. 6. n. 18. & in prim. notab. n. 1. & seqq. Nicolarts ad concordat: German. tit. 1. dub. 11. §. 3. Rubin ann. ad dec. 2. ex n. 208. p. 3. rec. Lara de annivers. & Cappell. lib. 2. cap. 10. n. 22. Rot. in Augustana Canonicatus 12. Januar. 1703. S. Propterea coram Reverendis. Molines.*

13. Secundus casus est, si Papa fuerit legitimè impeditus conferre beneficium intrà Trimestre, eo quia e. g. sit graviter infirmus, aut ex eo, quia durante adhuc Trimestre, Sedes Apostolica vacaverit, in hoc casu lapsus Trimestris non nocet Papa, sed remanet ei jus salvum ad *Text. in cap. Quia diversitatem de concessi. præben. ibique Fagnan. n. 1. idem in cap. Nulla n. 33. eod. tit. Sabell. in Summ. §. Impedimentum sub num. 2. Rebus. in præ. tit. de devolut. n. 13. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 24. n. 10. Murga de benef. q. 3. n. 403. Garz. eod. tract. p. 10. cap. 2. n. 17.* Neque clapsi eodem Trimestre, Jus conferendi redit ad ordinarium; Ratio est, quia aut volumus ad 14 mittere jus conferendi redire ad ordinarium per viam præscriptionis juxta *Bur. in cap. statutum de præben. in 6. n. 8. ibiq. Joan.*

Joan. Andr. n. 1.; & hoc dici non potest cum non valenti agere non currat præscriptio. Text. in l. cum potissimè §. In iis, & §. Illad C. de præscript. l. prima c. de annal. except. cum aliis adductis per Rot. coram Coccin. dec. 5 17. n. 8. & dec. 1699. n. 13. coram Cerr. dec. 209. n. 2. coram Priolo dec. 417. n. 22. & in Rec. dec. 330. n. 17. & dec. 366. n. 5. p. 19. rec.. Aut per 15 viam devolutionis, & hoc pariter dici nequit, quia cùm hujusmodi devolutio supponat negligentiam, hæc in Pontifice legitimè impedito considerari nequit, sive que quælibet devolutio exclusa remanet per Text. in cap. Illa nè Sede vacante, ibique Gloss. Barbos. de potest. Episcopi p. 3. alleg. 123. sub n. 28., & optimè consideravit Rot. in Augustana Canonicatus 12. Januar. 1703. §. Quin imò coram Reverendiss. Molines. Sed Papa in hoc casu, etiam si 16 sit lapsus Trimestre, potest nihilominus conferre beneficium per viam purgationis moræ juxta Gloss. in cap. statutum verb. per se ipso de præben. in 6. ibique Barbos. n. 7. idem in tract. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 13. n. 35. Ventr. in prax. p. 2. annot. 2. §. 1. n. 18. & alii apud Rot. in d. Augustana Canonicatus ubi supra §. Propterea. Qua propter illa propositio, quod ex forma concordatorum Germaniæ possint Ordinarii in mensibus etiam reservatis liberè providere, si non appareat Papam providisse infra tres menses à die notæ vacationis, intelligenda venit, quatenus post illos tres menses Papa non præveniat, & quatenus non fuerit legitimè impeditus beneficium providere intrà Trimestre, & beneficium non conferat per viam purgationis moræ.

17 Ad perfectam notitiam præsentis Canonis, Quæro in hoc casu. Primo. An dies vacationis computetur in Trimestre, vel potius supputatio Trimestris incipienda sit à die immediatè sequenti? Respondeo diem vacationis non computari in Trimestre, quia cum in supradictis concordatis legantur sequentia verba: Non apparuerit intrà tres menses à die notæ vacationis quod alicui de illo Apostolica Auctoritate provisum fuerit, ex tunc, & non antea Ordinarius &c. & cùm in Bulla Gregoriana superius in Commentario relata num. 2. habeantur hæc: Post lapsus trium Mensum ex die notæ vaca-

tionis: Hujusmodi dictiones A, Ex, operantur ut computatio temporis non sit facienda de momento ad momentum nec dies vacationis computetur in Trimestre, imò à præfixo termino excludatur. Gloss. in cap. Statutum verb. numerandum n. 3. de præben. in 6. ibique Barbos. n. 5. & 14. Rot. in d. Augustana Canonicatus 12. Januar. 1703. §. Huic usque coram Reverendiss. Molines.

18 Secundo quæro; si beneficium de Jurepatronatus Ecclesiastico vacaret prima vacatione per ejus erectionem, & foundationem in mense reservato; seu si erigeretur, & fundaretur beneficium in mense relevato, an caderet sub concordatis, & Regulis reservatoriis? Garzias de benef. p. 5. cap. 1. §. 11. n. 520. censet non comprehendendi sub concordatis, quia durum sibi videtur, & à mente Papæ longè alienum, quod si in Mense Apostolico crearetur, & erigeretur beneficium per Ordinarium, quod esset de Jurepatronatus Ecclesiastico, Ordinarius ipse non posset illud conferre pro prima vice, nec Patronus Ecclesiasticus præsentare; Gonzalez verò ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. n. 50. affirmativam tuctur sententiam, nempe tale beneficium venire sub concordatis, & Regulis reservatoriis, etiam in prima vacatione per creationem, & erectionem. Nicolartz autem ad concordata Germaniae tit. 1. dub. 4. §. 4. prior sententia magis placet, nè Fundatores à foundationibus beneficiorum arceantur, si simulatque creata essent, in mense videlicet Apostolico, Provisis Apostolicis deberentur.

R. P. D. L A N C E T T A

Triviren. Parochialis.

Mercurii 26. Junii 1715.

P Arochiale Ecclesiam S. Martini de Ryoll, quam uti vacatam in mense reservato Matthias à Sanctissimo obtinuerat sub datum quinto idus Novembris anni 1713. Abbas S. Matthiæ Ordinis Benedictinorum apud Treviros jure devoluto successivè contulit Petro Mentes sub die 13. Januarii subsequentis anni, ad cuius instantiam commissa mihi ex integrō per Signaturam Justitiae Causa, de-

dedi dubium an Literæ Apostolicae essent exequendæ. *Et exequendas esse*, DD. rescripserunt, quia plenè constitit de illarum justificatione, tūm quoad Clericatum ex approbatione ab eodem in cursu reportata coram Examinatoribus, tūm quoque quoad reservationem, ex quo vacatio contigit de mense Septembris, qui S. Sedi Apostolicae reservatus est, ut patet ex tenore Bullæ, quam voti cant Concordatorum Germaniæ Nicolai Papæ V. & dixit Rota dec. 5. 22. n. 6. p. 19., & in Monasterien. Decanatus 26. Aprilis 1709. S. *Justificatio coram bo. me. Caffarello.*

Non obstat quod jam elapsis tribus mensibus à die notæ vacationis in loco Beneficii, cùm nemo comparuisset à S. Sede Apostolica provisus, ritè recteque potuerit Abbas S. Matthiæ Ordinarius Collator ad formam eorumdem Concordatorum d. Parochialem Ecclesiam jure devoluto conferre.

Quoniam cùm Sanctissimus usque sub die 9. Novembris 1713. atque ideo duobus nondum effluxis mensibus à die vacationis, & obitus ultimi possessoris super hoc beneficio manus apposuisset, illudque Matthiæ contulisset, nemo subinde potuit sive Episcopus, sive alius quicunque Ordinarius Collator de eodem beneficio tamquam devoluto disponere, quia illud post ejusmodi manus appositionem statim remanserat dispositioni Papæ specialiter affectum, ad *Text. in Extravag. Romani Pontificis S. Romani quoque de præben. Lotter de re benefic. lib. 2. q. 25. n. 33. & seqq. Rota dec. 112. 237. & seq. & dec. 333. n. 8. part. 16. cum aliis in Gerunden. Canoniciatus 25. Junii 1714. S. Confitit coram Me.*

Atque ex hac ratione nihil urget, quod Matthias non prius quam sub die 8. Februarii 1714. jam lapsò dicto trimestri literas suæ provisionis in partibus exhibuerit; Nam etiam hoc casu propter obstaculum dictæ affectionis, & præventionis non posse Ordinarium disponere de beneficio jam alteri intrà dictum Trimestre à

Papa collato declaravit nostrum Sac. Tribunal 13. Februarii 1559. coram Fabio Accorambono, cuius interpretationem tamquam juri, & æquitati maximè conformem, vim legis habere, subinde justit fa. me. Gregorius XIII. speciali in id edita Constitutione *impress. in Bullar. nov. tom. 2. inter suas la 41. ut præcisè respondendo huic objecto dictum fuit in una Colonien. coram Comitulo, quæ est deciso 69. penè Posth. de manut. n. 4.*

Quemadmodum neque pariter ex hoc capite gratia Apostolica ab eodem Mattheia obtenta nulla aut irrita remansit, quia tametsi in prælaudata Gregorii Constitutione ad excitandam diligentiam eorum, quibus à S. Sede beneficia conferri contingat, statutum fit, ut intrà prædictos tres menses significatio aliqua obtentæ provisionis in partibus fieri debeat, nullitatis tamen pœna incussa non legitur, ut bene observat Nicolarts post eamdem Constitutionem ad concordata Germania tit. de reservatis n. 2. Kochier. ad regulas Cancell. reg. 8. gloss. 10. n. 4. & 5. & respondit Rot. d. dec. 69. penè Posth. n. 4.

Absque eo quod replicate juvet, quod Literæ Provisionis Apostolicae expeditæ fuerint à Matthia sub die 19. Januarii 1714., ideoque post collationem Ordinarii factam usque sub die 13. ejusdem mensis, nām cum supplicatio, illius nomine, Sanctissimo porrecta, longè ante signata fuerit, nempè sub die 9. Novembris 1713., ab hac die dicitur Papa manus apposuisse, & impedivit collationem cuiuscumque alterius inferioris, ut disertè caveretur in laudata Constitutione Gregorii, cuius dispositio in hac quoque parte maximè convenit cum Jure communi, juxta quod unicè attenditur tempus datae literarum, licet ipsæ longè post expeditæ fuerint Wammes de Sur. Pontific. tom. 1. conf. 1. n. 5. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 12. sub n. 45. Corrad. in praxi benef. lib. 3. cap. 8. n. 4. Rota coram Merlin. dec. 281. n. 13., & in Colonien. Canoniciatus primæ gratiæ 13. Decembris 1709. S. Ea verò coram Me.

Et ita utraque &c.

C A N O N I I I.

INNOCENTIUS VIII. Conſtit. V. Bullar. Rom. Tom. I.

CUm ab Apostolica Sede; *Et infra.* Nos igitur atten-
 Ann. 1485. dentes, quod juxta Canonicas Sanctiones Juspatrona-
 tus praesentandi ad Regimina Monasteriorum, Prioratus,
 Praeposituras, & alias Conventuales, nec non in Cathedrali-
 bus, Metropolitanis, & Collegiatis Ecclesiis hujusmodi Di-
 gnitates (ad quas personae idoneae per Conventus, & Capi-
 tula illarum, seu illorum, dum pro tempore vacant, eligi
 consueverunt) in Laicum nullo modo cadere potest, nisi ex
 speciali Sedis praedictae Privilegio, quod non nisi ex maximis,
 & urgentibus Causis alicui per Sedem eamdem concedi con-
 fuevit, quodque etiam conveniens non videtur, quod juf-
 patronatus ad Beneficia Ecclesiastica pro nulla, seu levi, & fa-
 cili causa acquiratur, & praesertim cum juris alieni praejudi-
 cito. Volentes ne Sedis praedictae Authoritas, & Locorum,
 Ordinariorum, aliorumque Collatorum, & Collaticum,
 jurisdictio propterea in dies minuantur, ac Monasteria, Di-
 gnitates, & alia Beneficia, Hospitalia, & pia loca supradi-
 cta ex Concessionibus, & reservationibus jurispatronatus
 hujusmodi, aliqua detrimenta (prout propterea contingit),
 patiantur, seu Monasteria, & aliæ Dignitates Electivæ, ac
 (in quibus reservationes, & Concessiones hujusmodi pro
 nulla, seu levi Causa factæ fuerunt) alia Beneficia, Hospi-
 talia, & pia loca praedicta, seu solita gaudeant libertate, debi-
 te, prout nostro incumbit officio, providere, deliberatione
 super his cum Fratribus S.R.E. Cardinalibus præhabita di-
 ligenti, etiam expressis, & certis aliis nobis notis, legitimis,
 & id suadentibus causis, omnes, & singulas Concessiones,
 Reservationes, & Affignationes jurispatronatus, & praesen-
 tandi, seu nominandi personas hujusmodi ad Monasteria
 Prioratus, Praeposituras, Praepositatus, Dignitates, Personas-
 tus, administrationes, officia, Canonicatus, Præbendas, alia-
 que

que Bénéficia , ac hospitalia , & pia loca supradicta , per Se-
dem, ac Legatos, & Nuntios prædictos à dictis 25. annis citrà,
Regibus , Reginis , Ducibus , Marchionibus , & aliis personis
supradictis , nec non Civitatibus , Universitatibus , Confra-
ternitatibus , & Collegiis hujusmodi , etiam motu proprio
& ex certa scientia , & ex quibuscumque Causis , ac de Apo-
stolicæ Potestatis plenitudine factis , quoad Monasteria vide-
licet , ac Prioratus , Præposituras , Præpositatus , & alias Di-
gnitates , ac Beneficia electiva , etiamsi quascumque condi-
tiones , propterea impositas adimplevissent . ; Quæ verò ad
non electiva , ac Hospitalia , & alia pia loca hujusmodi factæ
fuerunt , si fructus , Reditus , & Proventus Beneficiorum ,
non electivorum , ac Hospitalium , & aliorum piorum Lo-
corum prædictorum , ad medietatem veri annui valoris ,
fructus , reditus , & Proventus eorumdem , secundum com-
munem Æstimationem de propriis eorum bonis non auxe-
runt , vel Ecclesias de novo in illis non ædificarunt , seu om-
nino funditus dirutas , & destrunctas non reædificarunt , aut
Loca , seu Fundos , in quibus ædificarentur , non concesser-
unt , etiamsi Conditiones , ad quas alias forsitan , quam mo-
dis præmissis tenebantur , executioni demandassent , de eo-
rumdem Fratrum Consilio , Auctoritate Apostolica , & etiam
ex certa nostra scientia , tenore præsentium revocamus , cas-
famus , irritamus , & annihilamus , ac pro nullis cassis , & in-
fectis omnino haberi volumus ; Ordinariis , & aliis Collato-
ribus , & Collatricibus quibuscumque concedentes , ut ces-
santibus Reservationibus Apostolicis , hactenùs sic pro tem-
pore factis , Dignitates , Personatus , Administrationes , Offi-
cia , Canonicatus , & Præbendas , ac alia Beneficia supradic-
ta cùm deinceps pro tempore vacaverint , nulla expectata
præsentatione , sive nominatione conferre , ac hospitalia , &
alia pia loca committere , Monasteriis verò hujusmodi de
personis idoneis providere , seu alias de illis disponere , ac
Conventibus , & Capitulis Monasteriorum , Prioratum ,
Præpositurarum , Præpositatum , ac aliarum Dignitatum ,

præsertim Conventualium, nec non Ecclesiarum Cathedra-
lium etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum, ut in
electione personarum idonearum ad illa ex Beneficiis supra-
dictis, quæ electiva esse consuevissent, similibus cessantibus
Reservationibus, procedere liberè possint, & debeant in
omnibus, & per omnia, perindè ac si Concessiones, Reser-
vationes, & Assignationes jurispatronatus hujusmodi, ut
præmittitur, factæ fuerunt, nè de cætero occurrentibus va-
cationibus Monasteriorum, Prioratum, Præpositurarum,
Præpositatum, Dignitatum, Personatum, Administratio-
num, ad Præsentationem, seu nominationem aliquam
procedere, ac Ordinarios, aliosque Collatores, & Colla-
trices prædictos; quominus illa conferant, & eos, ad quos
Electio pertinet, nè eligant, directè vel indirectè impe-
dire, contra præsentium tenorem, quoquomodo præsu-
mant.

C A N O N I V.

HADRIANVS SEXTVS Confit. III. Bull. Rom. Tom. I.

Ann. 1522.

Sanctissimus Dominus Noster Hadrianus Papa VI.: *Et*
infra ideo ut per sanctitatem suam, & Sedem Apo-
stolicam liberiùs de Personis benemeritis, dictis Cathe-
dralibus Ecclesiis, & Monasteriis provideatur, & de illis,
ac aliis dignitatibus, Beneficiis, Hospitalibus, & Piis locis
hujusmodi disponatur, opportunè providere volens, felicis
recordationis Innocentii Papæ VIII. suæ Sanctitatis Præ-
decessoris inhærendo vestigiis, omnes, & singulas reser-
vationes, & concessiones jurispatronatus, ac facultates,
& indulta præsentandi, seu nominandi Personas hujus-
modi ad Ecclesiæ, Monasteria, Prioratus, Præposituras
dignitates, Personatus, Administrationes, Officia, Ca-
nonicatus, & Præbendas, aliaque Beneficia Ecclesiastica
cum Cura, & sinè Cura, sacerdotalia, & ordinum quo-
rumcumque regularia, qualitercumque qualificata, ac
Hospit.

Hospitalia, & alia Pia Loca per Prædecessores, & Se-
dem Apostolicam, aut ejus Legatos, Nuncios, Execu-
tores, & Subexecutores, ab anno primo Pontificatus ejus-
dem Innocentii Prædecessoris citra, quibusvis Regibus,
Reginis, Ducibus, & Marchionibus, ac aliis Principi-
bus, & Personis, nec non Communitatibus, Universita-
tibus, Confraternitatibus, & Collegiis sæcularium perso-
narum cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis,
& conditionis existentibus, etiam ex motu proprio, & ex
certa scientia, ac de Potestatis Apostolicae plenitudine,
aut etiam consistorialiter, & aliàs tam simpliciter, quàm
sub quibusvis conditionibus, & promissionibus, & aliàs
quomodocumque, et qualitercumque, et ex quibusvis
Causis, præter quàm ratione Ereptionis Locorum, in qui-
bus Ecclesiæ, Monasteria, et Beneficia prædicta consistunt
ex infidelium manibus, et potestate facta, et concessa, quo-
rum omnium formas, et tenores eadem sua Sanctitas ha-
béri voluit pro expressis, quoad Metropolitanas, ac alias
Cathedrales Ecclesiæ, & Monasteria, nec non Priora-
tus, & Præposituras, ac alias Dignitates Conventuales, &
alia electiva, etiam si ii, quibus reservationes, & conces-
siones, facultates, & indulta hujusmodi facta, & conces-
sa fuerunt, quascumque conditiones eis propterea quomo-
dolibet impositas, & promissiones per eos propterea factas
adimpleverint. Quo verò ad alia Beneficia, ac Hospi-
talia, & Pia loca hujusmodi, si illi, quibus reformationes,
& concessiones, ac facultates, & indulta hujusmodi facta,
& concessa fuerunt, ut præfertur, illorum occasione,
fructus proximè dictorum Beneficiorum Hospitalium,
& Piorum Locorum ad medietatem unius annui valoris
fructuum eorundem secundùm communem æstimatio-
nem de propriis eorum Bonis non auxerunt, vel eo-
rum Ecclesiæ, aut Hospitalia, & Pia loca hujusmodi
de novo fundamentaliter non ædificarunt, seu fundi-
tus non reædificarunt, seu fundos, in quibus ædificia

in præsentiarum subsecuta non concesserunt, ad quorum augmentis ædificationis, reædificationis, & concessionis respectivæ probationem eos, qui tali Jurepatronatus, seu præsentandi, & nominandi directè, vel indirectè uti voluerint, eadem Sua Sanctitas teneri decrevit, etiamsi conditiones, ad quas alias quām modis præmissis tenebantur, Executioni demandatae fuissent, & in litteris reformatiōnum, & primo dictarum concessionum, seu facultatum, & indultorum hujusmodi cautum sit, quod dictum Jus simpliciter, vel sub certis conditionibus, modis, & formis ex fundatione, vel dotatione pertineat, aut pertinere censeatur, vel perindè habeatur, ac si ex fundatione, vel dotatione predicta pertineret, & quod reservationes primo dictas, concessiones, facultates, et indulta hujusmodi revocari non possint, et clausulæ etiam Derogatoriarum derogatoriæ fortiores efficaciores, et insolitæ in dictis literis pro illarum præservatione desuper adjectæ sint, illarum formas, et tenores prò expressis habendo, revocavit, cassavit, et annullavit, ac Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Præposituras dignitates, et Beneficia hujusmodi ad primævam eorum naturam, præmissis non obstantibus reduxit.

COMMENTARIUM.

EX istis duobus Canonibus hæc deducitur conclusio.

JUSPATRONATUS EX MERO PRIVILEGIO, AUT EX REDOTATIONE, AUT REÆDIFICATIONE ACQUISITUM REVOCATUR, SI AUGMENTUM FRUCTUM DOTIS NON EXCEDAT MEDIETATEM, ET SI ECCLESIA REÆDIFICATA NON FUERIT OMNINO DIRUTA, ET DESTRUCTA. = Quam conclusionem probant etiam Cherubin. hic Lotter. de re benef. lib.2. q.8. n.14. & seqq. Vivian. de Jurepat. p.1. lib.2. cap.5. n.17. & seq. Card. de Luc. de Jurepat. disc.2.n.6. & disc.11. n.10. & disc.65. n.17. Præceptor meus discip. Eccles.33. n.14. §. Bene verum est Rot. dec.753. n.7. coram Coccin. & dec.1271. num.6. coram Emerix. Jun. & dec.510. n.2. p.3. & dec.29. n.13. p.7. & dec.492. n.6. p.13. & dec.449. n.1. p.14. rec. & in Bovinen. Archipresbyteratus 10. Martii 1710. §. Quocirca coram R.P.D. Aldrovando. Et confirmavit Concilium Tridentinum cap.9. seq.25. de quo supra Par.V. Can.XII.

1 Maxima cum facilitate antiquitus à Summis Pontificibus, & ad eorum imitationem, ab Ordinariis concedebantur Ecclesiæ liberæ in Juspatronatus; Sed quia illi, quibus concessum fuit Juspatronatus ex privilegio, seu simpliciter sine ulla causa, seu sub certis conditionibus, usurpabant, & convertabant in prophanos usus, fructus, & redditus

Mo-

Monasteriorum, Præpositoriarum, dignitatum, & quorumcumque beneficiorum; quod ut commodius facere possent, præsentabant, & institui procurabant personas minus idoneas, & sibi dependentes, proinde Innocentius VIII. optimè sciens axioma illud Gregorii Magni relat: à *Gratian. in cap. Privilegium 11. q.3.* nimirum, quod Privilegium omnino mereatur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, revocavit hic Juspatronatus ex Privilegio, & ex quibuscumque causis, & conditionibus etiam adimplatis, concessum retroactis temporibus, & præsertim vigintiquinque annis citra à Summis Pontificibus, aut à Legatis Sedis Apostolicæ, aut à Nunciis, etiam cum potestate Legati de Latere, Regibus, Reginis, Ducibus, & Marchionibus, & aliis Principibus, Communitatibus, Civitatibus, Universitatibus Oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorum Locorum, Confraternitatibus, & Collegiis Sæcularium Personarum, nec non aliis tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus Personis, quoad beneficia electiva, nempè quoad Monasteria, Prioratus, Præpositorias, & Personatus, ac dignitates conuentuales tam in Cathedralibus, quam Metropolitanis, & collegiatis post Pontificales majores, nec non administrationes, officia, Canonicatus, cæteraque beneficia Ecclesiastica electiva. Revocavit etiam Juspatronatus quoad beneficia non electiva, & quoad hospitalia, & alia pia Loca in duobus casibus, nimirum in casu, quo redditus, & preventus hujusmodi beneficiorum, & Locorum piorum non fuerint aucti ad medietatem veri anni valoris, & in casu, quo Ecclesiæ non fuerint fundatae, nec de novo ædificatae, vel omnino dirutæ, & distractæ non reædificatae.

2 Hujusmodi autem revocatio ob superventam nimiam liberalitatem successorum Pontificum præsertim Leonis X. neque sufficiebat; unde supervenit Constitutio Hadriani VI. quæ similiter revocavit omnia Privilegia concessa ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII. & successivè dispositio S. Concilii Tridentini dicto *Canone XII.* ubi supra. Spectant ad hos *Canones* illi duo Casus, quos superius examinavi *Part. I.*, nimirum Casus X. *Canon. III.*, & Casus III. *Canon. IV.*, quos ibi legere poteris; Hic vero sequentia adduntur.

ARGUMENTUM.

Beneficium de Jurepatronatus laicali ex augmento dotis acquisito an cadat sub Concordatis Germaniæ, & aliis reservationibus Apostolicis.

S U M M A R I U M.

- 1 *Juspatronatus laicale ex augmento dotis acquisitum non cadit sub concordatis Germaniæ, & aliis reservationibus Apostolicis.* Intellige ut nu. 4. & 5.
- 2 *Beneficium vacans in mense Januarii cadit sub concordatis Germaniæ.*
- 3 *Augmentum dotis considerari potest ad effectum impediendi revocationem jurispatronatus, & ad effectum excludendi reservationes Apostolicas, & qua sit differentia inter utrumque.* Vide ibi, & nu. 4.
- 6 *Ad effectum evitandi reservationes Apostolicas an, & quando presumatur aug-*

mentum præponderare gratiæ, quando Patronus est in possessione præsentandi. Vide ibi.

C A S U S U N I C U S.

Cum redditus Ecclesiæ Parochialis A in partibus Germaniæ existentes ascendentis ad annua scuta viginti, essent insufficientes pro congrua sustentatione, Parochi, quidam pius Testator mandavit in ejus Testamento, ut augerentur de propriis bonis in aliis annuis scutis duodecim cum reservatione Jurispatronatus favore sui, suorumque heredum. Post multi temporis decursum vacata eadem Ecclesia Parochiali mense Januarii ex vi concordatorum S. Sedi reservato, fuit illa impetrata à quodam Sacerdote in Dataria Apostolica: Quæritur an hujusmodi impetratio sustineatur.

I Negativè respondendum videtur, quia dicta Ecclesia Parochialis est de jurepatronatus laicali, cum ejus dos fuerit aucta plusquam ad medietatem à præfato Testatore de bonis propriis laicalibus, ac proin-

proinde sub concordatis Germaniæ, & aliis reservationibus Apostolicis cadere minimè potest, ex superiori firmatis *Can. II. Cas. I. n. 1. & 8.*

2 Sed hoc non obstante contrarium verius de jure censeo; Etenim Ecclesia hæc Parochialis vacavit in mense Januarii Sedis Apostolicæ reservato non solum ex vi Concordatorum Germaniæ, ut dixi dicto *Can. II.* verum etiam ex Regula IX. Cancellariæ, ut dicam infra *Can. XXIII.* unde validè impetrari potuit in Dataria.

Quin ulla tenus ad versetur, quod dicta Ecclesia sit de jure patronatus laicali ex 3 augmento dotis acquisito; Quoniam sciendum est, quod augmentum dotis Ecclesiæ, sive beneficii ad medietatem, considerari possit ad duplum effectum; nimirum ad effectum impediendi revocationem jurispatronatus ab his *Canonicis* demandatam, & ad effectum excludendi reservationes Apostolicas. Si consideretur ad effectum impediendi revocationem jurispatronatus, tunc medietas sufficit, quod calculetur, habito respectu ad antiquam dotem, adeò ut si augmentum excedat medietatem antiquæ dotis, licet sit antiqua dote inferius, jurispatronatus non dicitur ab his *Canonicis* revocatum, sed Patronus ex augmento dotis, vacato beneficio in mense Ordinario, poterit

4 ad illud præsentare; Si verò consideretur ad effectum excludendi reservationes Apostolicas, tunc medietas non sufficit, quod calculetur, habito respectu solum ad antiquam dotem, sed calculari debet, habito respectu ad antiquam dotem simul, & novam, adeò ut nova dos, quæ augetur, debet præponderare antiquæ, vel esse coæqualis antiquæ doti, & si non præponderet, vel non sit coæqualis antiquæ, jurispatronatus concessum ex hujusmodi augmentatione non dicitur concessum ex justitia, sed ex privilegio, & cadit sub reservationibus Apostolicis non obstante, quod sit laicale; ut docet *Card. de Luc. de jurepat. disc. 2. n. 8. & disc. 10. n. 3. & 4. & disc. 65. n. 26. & optimè Præceptor meus discept. Eccles. 33. n. 14. §. At æquivocum, Rot. dec. 58. & 88. par. 1. & dec. 29. par. 7. & decif. 492. par. 13. & decif. 449. par. 14. recent. & decif. 753. nu. 9. coram Coccin.*

5 In casu præsenti augmentum dotis

controversæ Ecclesiæ Parochialis in scutis duodecim non excedit, nec est coæquale antiquæ doti scutorum viginti; unde licet jurispatronatus ad illam non sit revocatum; comprehenditur tamen sub concordatis, & sub reservationibus Apostolicis, præsertim Regulæ IX. Cancellariæ, quæ derogat omnibus privilegiis jurispatronatus non concessi ex vera fundatione, & dotatione, ut tradunt *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 8. n. 78. & seqq. Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 10. n. 27. Barbos. ad Concil. Jeff. 25. cap. 9. n. 71. Panimoll. decis. 9. annot. 3. n. 11. & seqq. Adden. ad Gregor. decis. 397. nu. 6. versic. hæc verò omnia, Rot. decis. 469. n. 4. & seq. & decis. 1056. n. 18. & seq. cor. Coccin.*

6 Non meretur attendi, si dicatur, quod Patronus sit in possessione præsentandi ad dictam Ecclesiam Parochiale, ex quo sequitur, quod ad effectum evitandi reservationes Apostolicas præsumatur augmentum præponderare gratiæ; siquidem hujusmodi conclusio procedit, quando concurrit longæva possessio præsentandi in mensibus reservatis, cum enim stare simul possit, quod jurispatronatus sit validum, & non revocatum per hos *Canones*, ita ut in mensibus Ordinarii possit Patronus præsentare, & per contrarium, quod adhuc beneficium sit reservatum, quando non probatur augmentum præponderare gratiæ, ut dixi superius num. 4. Exinde sequitur, ut non sufficiat possessio præsentandi in mensibus Ordinarii ad præsumendam hanc præponderantiam, sed requiritur possessio præsentandi in mensibus reservatis, & quidem longæva quadraginta, & ultra annorum, & contra reservationes Apostolicas, dum unica præsentatio facta in mense reservato suffragari non potest ad effectum relevandi Patronum ab onere probandi augmentum dotis præponderare privilegio, quando est in possessione præsentandi in mensibus reservatis; juxta *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 8. nu. 70. & seqq.* ubi firmat contra Regulam octavam non suffragari quasi possessionem ex unico actu quæsitam. *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 18. nu. 24. in fin. Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 10. n. 16. Rot. dec. 58. n. 1. par. 1. & dec. 725. n. 8. par. 18. rec. & dec. 1056. n. 32. & dec. 1077. n. 5. & seq. cor. Coccin.* ubi

C A N O N V.

PAULUS TERTIUS *Constit. III. §. 1. Bull. Rom. Tom. 1.*

Sanctissimus in Christo Pater: *Et infra.* Eadem Sanctitas Ann. 1543.
 Sua hujusmodi ambiguitatem in futurum tollere volens ex certa scientia declaravit Referendarios, & alios Officiales ex dicto Palatio panem habentes, Protonotarios, Subdiacenos, Auditores Rotæ, Acolytos, Scutiferos, Secretarios, literarum Apostolicarum Scriptores, Cubicularios, ac Miltites S. Petri, reliquosque Officiales eidem Sanctitati Suæ, & Romano Pontifici pro tempore existenti, in Palatio deservientes, aut custodiam facientes, licet in eodem non habitaverint, nec habitent, nec forsan habitabunt, nec in tinello comedenterint, nec comedant, nec in futurum forsan comedent, in posterum veros, & indubitatos Sanctitatis Suæ, & Romanorum pro tempore Pontificum, & non per privilegium, nec facte Familiares continuos Commensales censeri, reputari, & esse, ita ut regulis tam editis, quam edendis, de veris Familiaribus, & continuis Commensalibus Suæ Sanctitatis, & Romanorum pro tempore Pontificum loquentibus in posterum potiantur, & gaudeant, ac eis quoque, quo ad omnia subjiciantur; etiam ad hoc, ut Sanctitas Sua, & alii Pontifices occurrentibus vacationibus Beneficiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum, & obtainendorum, qualitercumque qualificatorum per obitum eorumdem in Romana Curia, vel extra, ad collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem quorumcumque Collatorum, & Collaticum communiter, vel divisim pertinentium providere, & de illis disponere liberè valeant in omnibus, & per omnia, ac si Referendarii, Secretarii, Scriptores, & alii Officiales hujusmodi, ac deservientes

Pars VI.

Ii

tes

250 Commentaria ad singulos Canones
tes supradicti in Palatio habitassent, & in tinello verè, &
realiter comedissent.

C A N O N V I.

JULIUS TERTIUS *Constit. XXI. §. 2. Bull. Rom. Tom. I.*

Sanctissimus in Christo Pater: *Et infrà.* Et Sanctitas Sua
Ann. 1558. de Beneficiis Ecclesiasticis per eos pro tempore obtentis
qualitercumque qualificatis, & ad collationem, provisio-
nem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dis-
positionem quorumcumque Collatorum etiam S. Romanæ
Ecclesiæ Cardinalium, etiam Indultum speciale super con-
ferendis Beneficiis ad eorum collationem, provisionem,
præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositio-
nem pertinentibus, à Sanctitate Sua, aut Sede Apostolica
habentium, communiter, vel divisim spectantibus, quæ per
eorum obitum in Romana Curia, vel extra eam in posterum
vacabunt, tamquam Sanctitatis Suae ratione familiaritatis,
& continua commensalitatis hujusmodi generaliter reser-
atis providere, & de illis disponere liberè, & licetè possint, in
omnibus, & per omnia, perinde ac si ipsi Prælati in dicto Pa-
latio habitarent, & ultrà panem alia victui humano necessa-
ria haberent.

C O M M E N T A R I U M.

Ex his Canonibus sequens deducitur conclusio.
BENEFICIA TAM LIBERA, QUAM PATRONALIA FAMILIARUM SUMMI PONTIFICIS SUNT SEDI APOSTOLICÆ
RESERVATA = Quam conclusionem probant etiam *Gomes super Regul. 3. Cancell. S. Quo ad
tertiam partem Garz. de benef. par. 5. cap. 1. §. 5. n. 237. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 32.
nu. 22. & 61. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 51. n. 16. & seqq. Ventr. in prax. par. 2.
annot. 2. §. 2. n. 33. Tondut. quæst. benef. tom. 1. par. 2. cap. 3. §. 30. n. 10. Barbos. de offic. &
potest. Episc. par. 3. alleg. 57. n. 106. & seqq. Card. de Luc. de Benef. dist. 3. n. 10.*
I Reservatio ex capite familiaritatis jam pridem inducta fuit ex Regula quarta Cancella-
riæ, quam unusquisque Pontifex initio sui Pontificatus renovat, & per quam Papa ex-
pressè reservat Beneficia non solùm suorum Familiarum, verùm etiam & Cardinalium
ibi = *Reservavit etiam Prioratus, Præposturas, Præpostatus, ac alias Dignitates Con-
ventuales, & Præceptorias generales Ordinum quorumcumque (sed non militiarum,) ac
quæ-*

quæcumque beneficia, que *sui*, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore existentes, ac S. R. E. viventium nunc, & qui erunt pro tempore Cardinalium Familiares continui commensales obtinent, & in posterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ in eis competit, aut competenterit, etiam ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel alias recesserint. Sed quia plures dubitatum fuit, quinam verè Familiares Papæ dicerentur; proinde tam Paulus III., quām Julius III. declararunt hic esse veros Familiares Summi Pontificis omnes Referendarios, & alios Officiales ex Palatio Apostolico panem habentes, Protonotarios, Subdiaconos, Auditores Rotæ, Acolytes, Scutiferos, Secretarios, Literarum Apostolicarum Scriptores, Cubicularios, ac Milites S. Petri, reliquosque Officiales deservientes, & custodiam facientes in Palatio Romani Pontificis pro tempore existentes, nec non etiam omnes, & singulos Ecclesiæ Prælatos, solum ratione Personæ suæ, & non alicujus officii per eos pro tempore obtenti, panem ex Palatio Apostolico quotidie habentes; & eodem tempore confirmando præfata Regulam reservarunt S. Sedi Apostolicæ omnia eorum beneficia etiam jurispatronatus, per eorum obitum in Romana Curia, vel extra vacantia. Idem Cubicularii, & Scutiféri, ac Milites S. Petri declarati etiam fuerunt verè Familiares, & continui commensales Papæ à Leone X. *Constit.* 14. & 36. Milites S. Pauli, à Paulo III. *Constit.* 5. & 16. Milites Lauretani, Conclavistæ, Commissarius Cameræ, Thesaurarius Datariae, Auditor Cameræ, Confidentialiarum à Sixto V. *Constit.* 32. 35. 44. 47.

Quo ad hanc conclusionem sequens differit Causa.

ARGUMENTUM.

Beneficia Jurispatronatus Ecclesiastici vacantia per obitum Familiarium Officialium, seu Familiarium Papæ an sint Sedi Apostolicae reservata.

SUMMARIUM.

- 1 *Familiaritas ad effectum inducendi reservationem est concludentissimè probanda;* Et quare vide nu. 2.
- 2 *Quem non esse Familiarem colligitur ex eo quod ejus nomen non sit appositorum in Albo, seu Rotulo Familiarium.*
- 3 *Ad constituendum aliquem Familiarem ad effectum Regula quartæ Cancellarie necessario intervenire debent Mens, & Dens. Intellige, ut nu. 8.*
- 4 *Quis datur Familiaris? Vide ibi.*
- 5 *Servitium propriæ, & immediate non respiciens Papam, an efficere possit Familiarem Papæ?*
- 6 *Beneficium jurispatronatus Ecclesiastici vacans per obitum Familiaris Officialis, seu Familiaris Papa, est S. Sedi reservatum.*
- 7 *Milites Lauretani, Referendarii, Secretarii Apostolici, Scriptores Apostolici Pars VI.*
- 8 *Cubicularii, Milites S. Petri, Protonotarii non participantes inter Familiares Papæ adscripti sunt.*
- 9 *Inserviens inservienti Papæ, & viventi expensis Papæ dicitur saltè mediatè inservire Papæ, & vivere hujus expensis.*
- 10 *Beneficia Patronalia; ad quæ Familiaris Papæ habet jus ad rem irrevocabiliter per præsentationem Patroni Ecclesiastici sunt ex capite Familiaritatis Sedi Apostolicae reservata.*
- 11 *Beneficia Germaniae ad hoc, ut sint affeta Sedi Apostolicae ratione Familiaritatis, requiritur Familiaritas vera, non verò acquisita ex Privilegio, & per modum fictum; Et nu. 20.*
- 12 *Arbitrium regulari debet ad tramites iuris.*
- 13 *Probatio primæ Dignitatis in Collegiata, ex quibus resulset? Vide ibi.*
- 14 *Ea, quæ circa beneficiorum qualitatem sunt exposta Summo Pontifici, sunt justificanda juxta statum vigentem de tempore impetratio.*
- 15 *Observantia est optima mentis, & intentionis interpres.*
- 16 *Simplex fides est irrelevans ad faciendam probationem.*
- 17 *Affirmatio Vicarii Generalis, aut Magistratus est deferendum.*
- 18 *Qualitas primæ Dignitatis in Archidiacoно an excludatur ex eo, quod ipse sit Canonicus*

- nonicus, vel ex eo, quod Sedes Apostolica nunquam Archidiaconatum contulerit? Vide ibi.
21. Non facta electione Decani à Capitulo in tempore, jus illum liberè conferendi devolvitur ad Episcopum.

CASUS UNICUS.

Vacato beneficio de jurepatronatus Ecclesiastico per obitum ejus, qui erat de familia cuiusdam Familiaris Papæ; Ordinarius illud contulit cuidam Sacerdoti ad præsentationem Patroni; è contra autem paucos post dies fuit idem beneficium ab alio Sacerdote impetratum, in Dataria tamquam de reservato, ex dispositione Regulæ quartæ, & horum Canonum; Quæritur proindè in hoc casu; an dictum beneficium sit reservatum; vel potius ejus provisio spectet ad Ordinarii.

1. Primo aspectu dicendum videtur hujusmodi beneficium reservationi Apostolicae in præsentiarum minimè esse subiectum; Quando quidem præmisso, quod Familiaritas concludentissimè sit probanda, vel per Rotulum, seu librum, in quo describuntur omnes Familiares; vel per aliquam dispositionem Domini, vel per Testes, ad effectum inducendi reservacionem. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 57. n. 109. Tondut. quæst. benef. tom. 1. par. 2. cap. 3. §. 3. n. 11. Adden. ad Ludovis. decif. 166. nu. 10. & ad Burat. decif. 255. n. 18. & seq. Rot. decif. 832. per tot. par. 3. divers. & decif. 517. n. 3. cor. Cavaler. & decif. 268. nu. 5. cor. Ubaldo, & decif. 888. n. 34. cor. Coccin. & decif. 626. n. 4. coram Emerix jun. Ea ratione quia præjudicium infertur illi, cui beneficium collatum est, vel conferri potest ab eo, ad quem de jure spectat collatio. Mascar. de probat. conclus. 755. n. 8. & seqq. & n. 25. Rot. decif. 584. n. 1. par. 1. rec. & decif. 257. n. 8. par. 12. rec. & decif. 36. n. 5. post. Zachiam de sular. & decif. 626. n. 4. coram Rembold. & decif. 35. n. 3. cor. Emerix sen.

3. Tantum abest, quod à Proviso Apostolico probetur in præsentiarum Familiaritas, quod potius clarè ostenditur, & resultat defunctum Familiarem Familiaris Papæ nullatenus fuisse Familiarem Papæ, non solum, quia ejus nomen non fuit ap-

positum in albo, seu rotulo Familiarium Papæ. Rot. in Hispanen. beneficij de Xeras 14. Martii 1603. apud Marchesan. de commiss. tom. 2. pag. 468. & decif. 228. num. 1. cor. Buratt. & decif. 373. nu. 4. cor. Coccin. & decif. 584. nu. 6. & seqq. par. 1. recent.

4. Verum etiam, quia ad constituendum aliquem Familiarem ad effectum Regulæ quartæ Cancellariæ, & horum Canonum necessariò intervenire debent Mens, & Dens, servitium scilicet, & salarium. Ventrigh. in prax. par. 2. annot. 2. §. 2. n. 34. & seqq. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 3. §. 3. nu. 11. Rot. decif. 584. nu. 3. par. 1. rec. & decif. 257. n. 8. par. 12. & decif. 33. n. 5. par. 17. rec. Et quidem servitium respicere debet cultum Personæ Domini, & salarium debet esse sufficiens pro victu, dum 5. Familiarem oportet vivere expensis Domini, & ille tantummodo sit Familiaris, qui in domo Domini recipit victum tam in pane, & vino, quam in aliis ad vitam necessariis, vel qui habet in pecunia quantum ad prædicta opus est, ita ut non sufficiat habere aliquam partem panis, & vini. Text. in cap. final. de verb. signific. in 6. ibique Joann. Andr. nu. 2. Ancharen. nu. 3. ubi quod merces ad minus satis esse debet pro victu, Simonett. de reservat. quæst. 35. nu. 22. Gratian. discept. for. 257. n. 41. Card. de Luc. de benef. disc. 6. n. 7.
6. Non adest in hypothesi Mens, seu servitium; quia defunctus serviebat Familiari Papæ, non autem ipsimet Papæ, & consequenter hujusmodi servitium, cum propriè, & immediate non respexerit Papam, Familiarem Papæ efficere non potuit. Zucchi. de salario quæst. 30. num. 3. & seq. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 32. nu. 4. & seqq. Ventrigh. in prax. benefic. par. 2. annot. 2. §. 2. n. 35. vers. vel si quis, Card. de Luc. de benef. disc. 6. nu. 8. Rot. decif. 128. n. 90. cor. Sperell. & decif. 255. n. 2. coram Buratt. & decif. 526. n. 5. & dec. 555. n. 6. cor. Emerix jun. Deficit etiam Dens, seu salarium; quia Pontifex nihil panis, & vini, aut alterius æquivalentis necessarii ad victum, ipsi tribuebat; Unde deficit Familiaritas, & consequenter etiam reservatio in his Canonibus præscripta; adeò ut Literæ Apostolicæ impetrationis hujusmodi beneficij exequendæ non sint, sed potius sustinenda veniat provisio facta ab Ordinario ad præsentationem Patroni.

Verum

- 7 Verum his posthabitatis censeo præfatum beneficium esse Sedi Apostolicæ reservatum. Etenim in primis quamvis ad constituendam familiaritatem Cardinalem, juxta auctoritates superius relatas, ex necessitate probari debeant Mens, & Dens, servitium videlicet respiens personam Domini, congruumque pro vietu salarium, ad constituerandam tamen Summi Pontificis familiaritatem satis est, quod ipse afferat aliquem pro Familiari habendum esse, tunc enim absque eo, quod hic vivat expensis Papæ Familiaris est, & ad privilegia familiaritatis admittitur. *Simonett. de reservat. quæst. 35. nu. 25. Mando. in regul. 13. Cancell. quæst. 18. nu. 9. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 57. nu. 106. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. §. 5. nu. 273. Gonzal. ad Regul. Cancell. gloss. 51. nu. 26. Castropal. Oper. Moral. par. 2. tract. 13. de benef. 9 punct. 19. nu. 7. in fin.* Et de facto Milites Lauretani, Referendarii, qui solùm à Palatio habent panem honoris, Secretarii Apostolici, Scriptores Apostolici, Cubicularii, Milites S. Petri, Protonotarii non participantes, quorum non nulli nihil percipiunt, non nulli habent tantummodo suorum officiorum emolumenta, inter Familiares Papæ ad effectum reservationis beneficiorum adscripti sunt ex dispositione horum *Canonum.*

Deinde etiam per hypothesim admissum, quod pro familiaritate Papæ consequenda requirantur Mens, & Dens, seu servitium, & salarium, nihilominus tamen in præsentiarum utrumque concurrit; *Si* prædictus namque Familiaris Papæ inseruit ipso Papæ; & vivit expensis Papæ. Unde defunctus, qui inseriebat huic Familiari, & vivebat expensis illius, dicitur saltē mediatē servitium præstitissime Papæ, & vixisse expensis Papæ; quod servitium, & salarium mediatē præstitum à Papa, sufficit ad constituendum Familiarem Familiaris Papæ, Familiarem etiam ipsiusmet Papæ: ad effectum, ut illius beneficia cadant sub reservatione, ratione Familiaritatis, ut expressè turgentur *Simonett. de reservat. Benef. quæst. 35. nu. 11. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 32. n. 6. ibi* Et alterum, quod eidem reservationi subjeccant beneficia Familiarium eorumdem Officialium, licet enim non possint videri tales

Familiares Officialium, propriè, & immediate Familiares ipsius Papæ &c. à jure tam non abhorret, eos tales esse mediatē, atque (ut ita dixerim) quasi Familiares, ex reflexione servitii, quod præstant propriis Dominis in servitium ipsius Papæ = Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 57. nu. 107. ibi = Procedit in Familiaribus Familiarium habentibus partem, seu expensas ab ipso Papa, quia serviendo Familiaribus Papa dicuntur illi servire = Imò, ut expressè docet Garz. de benef. par. 5. cap. 1. §. 5. n. 209. sunt reservata S. Sedi ex capite Familiaritatis, etiam ea Beneficia Patronalia, ad quæ Familiaris habet jus ad rem irrevocabiliter per præsentationem Patroni Ecclesiastici, etiam si non habeat illorum possessionem.

12 Nota hic, quo ad beneficia Germaniæ, quod ista, ad hoc, ut sint affecta Sedi Apostolicæ ratione Familiaritatis, requirant, quod Familiaritas si vera, non verò quod sit acquisita ex privilegio, & per modum fictum, ut esset illa acquisita ratione Protonotariatus, qui non esset de illis septem participantibus, aut ratione Conclavistæ; ea ratione, quia Nicolaus V. in ejus Bulla super concordatis Germaniæ edita exceptuavit Beneficia dumtaxat verorum *Commensalium*, ut novissimè declaratum fuit à S. Rota in *Monasterien. Decanatus 17. Junii 1718. §. Exclusa coram R.P.D. Foscari*; quæ ita se habet.

R. P. D. F O S C A R O

Monasterien. Decanatus.

Mercurii 17. Junii 1718.

EX dupliculo titulo, altero nempe, quod Decanatus Collegiatæ Ecclesiæ S. Remigii Oppidi Borcken, tanquam prima Dignitas caderet sub reservatione *Regulæ 4. Cancellaria*; Altero verò, quod esset affectus S. Sedi utpotè vacans per obitum Joannis Ludgeri Protonotarii, & Conclavistæ. Gaspar de Callemborgh illum à Sanctissimo Domino impetraverat, & successivè Literarum Apostolicarum executionem reportaverat. Verum causa mihi in gradu appellationis ad instantiam Melchiorris Theodori Wiedembruck in partibus à Celissimo Monalte.

nasterien. Episcopo Provisi, delegata cum clausula *Parito literis arbitrio Rotæ* \sqsupseteq dedi dubium \sqsupseteq *An intraret arbitrium pro retardatione literarum Apostolicarum, seu potius Decanatus adjudicandus esset Melchiorri* \sqsupseteq compertaque per DD. meos insubstantia utriusque fundamenti per Gasparem ad obtinendam collationem expositi responsum fuit \sqsupseteq *Intrare arbitrium, & Decanatum adjudicandum esset Melchiorri* \sqsupseteq cum jus ad cuius tramis regulari debet arbitrium *Gloss. in l. qualem verb. videtur ff. de recept. arbitr. Rot. in recent. dec. 73. num. 1. & in Cracovien. Parochialis 4. Februarii 1705. §. Cum enim coram bon. mem. Caffarello. Executio- ni demandari non sinat literas, quatenus ab Impetrante non verificantur expres- siones illæ, quæ Summum Pontificem ad collationis actum impulerant cap. ad au- dientiam il 2. ibique Abb. num. 5. Felin. n. 22. de rescript. Garz. de benefic. par. 5. cap. 3. num. 3. Rot. coram Ottobon. dec. 132. n. 4. in recent. dec. 148. num. 12. par. 19. & in Leodien. Canonicatus die 23. Januar. 1711. §. Arbitrium enim coram Eminentissimo Scotto.*

Et quidem probatum dici non poterat, quod Decanatus foret prima Dignitas ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, dum oppositum potius, eam scilicet esse secundam, convincebatur, tum ab actu hujus Ecclesiæ erectionis in Collegiatam, in quo Executor in Bulla san. me. Eugenii IV. designatus pro prima, & principali dignitate, ac tanquam Præpositum constituit Archidiaconom, & pro secunda Decanum, quo stante superflua dici possent cætera omnia argumenta hujus assumpti comprobativa, ut in specie probat *Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 33. num. 31.* Tum ab actibus jurisdictionibus & præminentibus per Archidiacenos semper, & pacificè exercitis, ut testantur Vicarius Generalis, Monasterien., & Magistratus, Senatusque Borcken. Unde optima quoque descendit primæ Dignitatis probatio, ut quoad Jurisdictionem Archidiac. in cap. 1. n. 2. de con- fuet. lib. 6. Fagnan. in cap. ad hæc de præ- hend. n. 34. & seqq. *Lotther. de re bene- fici. lib. 2. quæst. 33. num. 53. Rot. decis. 9. de præbend. in noviss. & quoad præemi- nentiam Fagnan. loc. cit. n. 32. Lotther. di-*

cto cap. 33. num. 50. Adden. ad Ludovis. dec. 411. sub n. 5. Grammatic. dec. 64. n. 20. & seqq. Panimoll. dec. 1. adnot. 6. num. 33. Rot. coram Bich. decis. 312. numer. 16. Tum denique ex electionibus Decanorum cum successiva Ordinarii approbatione continuâ à Capitulo expletis à tempore erectionis ad præsens, quæ utique non evenissent si Decanus primam Dignitatem in Collegiata obtineret, ut ad rem ponderant Garz. de Benefic. par. 5. cap. 5. nu. 262. Mando. ad regul. 3. Cancell. quæst. 3. sub n. 2. Barbo. de Canon. & di- gnit. cap. 13. nu. 56. Card. de Luc. de Bene- fici. disc. 13. nu. 3. Rot. in recent. dec. 633. nu. 2. & 3. part. 4. tom. 3. dec. 143. num. 2. part. 7. dec. 49. n. 6. & dec. 299. n. 13. p. 10. dec. 476. n. 3. par. 18. & dec. 566. num. 13. par. 19.

Quinimmo cum ex hisce electionibus, ac etiam ex eo, quod Sedes Apostolica nunquam ex hoc capite Decanatum con- tulerit, quamvis non deerint, qui illum ex aliis reservationibus imperaverint, ut patebat ex decisionibus editis in Mo- nasterien. Decanatus 18. Junii 1706. cor- ram R. P. D. meo Lancetta; 26. Aprilis 1709. coram bon. me. Caffarello, & 13. Janua- rii 1710. coram eodem, necnon à superius enunciatis actibus præminentiam, & Su- perioritatem denotantibus, incontro- vertibile reddatur Decanatum non repe- riri de præsenti in statu, & figura primæ Dignitatis, sed tamen esse inferiorem Archidiaconatui; hinc absque ulteriori indagine, inexequibilis remanebat gra- tia per Gasparem reportata, cum ea, quæ circa Beneficiorum qualitatem, & diffe- rentiam Summo Pontifici exponuntur justificanda sint juxta statum vigentem de tempore impetrationis, *Lotther. de re be- nefici. lib. 2. quæst. 45. n. 1. & seqq. Rot. coram Bich. dec. 312. n. 18. in Leodien. Cano- nicatus 23. Januarii 1711. §. Arbitrium coram Eminentissimo Scotto, & in Osnabur- gen. Canonicatus 26. Februarii 1717. §. Nu- merando coram eodem.*

Propterea inutiliter objiciebatur, quod san. me. Eugenius IV. in Bulla Ere- ctionis mandaverit Rectoriam, seu Pleba- natum nominandam, & censendam pro Prælato, qui Capitulo, & personis ipsius erigendæ Ecclesiæ præst, & præsideat &c. quodque de facto Executor de anno 1433. di-

dictam Rectoriam, seu Plebanatum in Dignitatem exercebit; Nam quatenus exinde contendebatur, Executorem nequivisse imposterum de anno scilicet 1439. in præjudicium Juris Rectori jam quæsiti instituere pro prima Dignitate Archidiaconatum, & pro secunda Decanatum ab ipso Rectori obtinendum, objectum penitus irrelevans convincebatur nedum quia Summus Pontifex circa Dignitatis creationem non simpliciter displicerat, sed etiam totaliter Executoris arbitrio remiserat ibi = prout tibi melius, & utilius videbitur = unde evenit, quod idem Executor licet de anno 1433. Plebanatum exercebit in Dignitatem, & tamen nullam assignaverit denominationem, aut præminentiam usque ad annum 1439. quo novis superventis Literis Apostolicis ampliores facultates præferentibus, & omnia per Executorem tam facta, quam facienda confirmantibus. Reassumpta, & conclusa extitit executionis executio, demandatumque fuit inter cætera, quod Archidiaconus primam, & principalem obtineret dignitatem; secundam verò Decanus; qua retenta facti serie, quemadmodum pro perfecta executione accipi nequiverat actus anni 1433., qui pleniorum requirebat declarationem, & conclusionem ad tradita per Tondut. de pensionib. quæst. 49. num. 23. Parif. de resignat. lib. 1. q. 12. nu. 25. Gigas de pension. quæst. 9. Ros. de execut. liter. Apostolic. cap. 9. sub n. 18., ex quo præterea nullum Plebano circa præminentiam dici poterat jus quæsitum, cum tunc Executor nihil de ea disposuerit, sed provisiones, & ordinationes sibi imposterum reservaverit, ut firmant Tondut. resolut. benefic. par. 2. cap. 4. §. 2. n. 10. quem sequitur Ros. de Executor. Liter. Apostol. cap. 4. n. 24. ita actus anni 1439. de ulterioritate redargui non poterat, ut potè gestus continuativè ad actum anni 1433. & in Complementum, & terminationem executionis tunc temporis inchoatae, ut ad propositum animadvertisit Ros. mox cit. par. 1. cap. 9. n. 34. Rot. coram Coccin. decis. 1721. n. 42. coram Peutinger. dec. 198. n. 9. & in Baren. Beneficii 12. Decembrib. 1712. §. Quin revocari valeat vers. sive quia actus coram Reverendissimo Aldrovando, junctis præsertim novis Literis Apostoli-

cis, quæ in omnem casum pro ulteriori executionis processu illius jurisdictionem instaurassent, Butr. in cap. inter dilectorum sub num. 13. de fid. instrum. Rebuff. in concord. in rubr. de prorog. dilat. vers. item Jurisdictio Card. de Luca de alienat. d. sc. 23. sub n. 6. & 7. Rot. in rec. dec. 180. num. 21. & seq. p. 18.

Verum etiam, & fortius quia cum omnia per Executorem de anno 1439. de mandata plenaria, & pacificum sortita fuissent effectum, adeòdum nemo unquam reclamaverit, irritus nunc reddebatur conatus revocandi in discrimen ejus facultates, & sub specie senioris intelligentæ revolvendi, pervertendique quidquid vetustissima, & constans observantia probaverat, cum hæc præcisivè etiam à vi præscriptiva in linea saltèm interpretativa superlativum præbeat argumentum, quod non dissimilis extitisset intentio Summi Pontificis, licet per hypothesim contrarius intellectus verior de Jure censeri posset, Rot. in rec. dec. 144. n. 5. & seqq. par. 14. & in Romana Jurispatronatus 14. Decembrib. 1705. in fine coram Reverendissimo Molines.

Nec contrarium suaderi poterat, ex quo Archidiaconus nullos haberet redditus, nec stallum in Choro, aut vocem in Capitulo. Nam simplex fides per Gasparem ad horum probationem exhibita ultrà propriam irrelevantiam Bald. in leg. 1. n. 16. Cod. de serv. fugit. Rot. coram Celso dec. 280. n. 4. & in Bononien. Societatis 14. Martii 1707. §. Non attento coram bon. mem. Omanna, penitus subversa remanserat ex contrariis documentis per Melchiorrem productis distinctè referentibus redditus Archidiaconales, illiusque præminentiam in Choro, & cæteris Functionibus Ecclesiasticis, quæ sanè præponderant, ut potè procedentia à Vicario Generali, & Magistratu Börcken., quibus ratione officii, & dignitatis magis deferendum est, Rot. cor. Emer. Junior. dec. 880. num. 1. in Neapolitana Jurium Parochialium 3. Martii 1711. §. Agnoverunt cor. Reverendissimo Decano, & in Sutrina Præcedentia 19. Febr. 1714. §. Hujus autem cor. R. P. D. meo Crispo.

Multoque minus ab Archidiacono excludebatur qualitas primæ Dignitatis, ex quo ipse esset Canonicus Cathedralis

Mo-

Monasterien, vel demum ex eo, quod Sedes Apostolica nunquam Archidiacanatum contulerit, prout contulisset, si esset prima Collegiatæ dignitas; Namque ad primam objecti partem satisfecit responsio, quod in Jure non repugnat, Canonicum Cathedralis retinere etiam primam dignitatem in Collegiata, ut punctualiter tradunt Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 10. num. 28. & gloss. 51. num. 55. Garz. de benefic. par. 4. cap. 1. n. 260. Lotther. de re benefic. lib. 2. q. 33. num. 22. & seqq., Rot. coram Bich. dec. 312. à num. 33. Et quoad defectum Collationum Apostolicarum Domini censuerunt exinde certam non descendere probationem exclusivam primæ dignitatis, cum id contingeret valuisse ex tenuitate reddituum non excedentium flor. 10., qua stante, locum non habet reservatio regulæ 4. ut testatur Rot. in recent. dec. 236. n. 1. part. 7. coram Otthobon. dec. 240. n. 29. & in Urgellen. Canonicatus 4. Maii 1703. §. Neque in hoc coram bo. mem. Kaunitz.

Exclusa hinc reservatione petita ex qualitate Beneficij eo minus sustineri 20 poterat impetratio, ex qua Joannes Ludgerus præcedens Possessor Decanatus fuisset Protonotarius Apostolicus, & Conclavista. Protonotarius enim, nisi sit de illis septem participantibus, affectionem in Beneficiis Germaniæ minimè inducit, ut clare disponitur in concordatis de quibus in specie Fabr. de Protonot. cap. 12. num. 20. Francefin. variar. resolut. cap. 3. num. 21. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 28. num. 65. & seq. Rot. coram Martino Andrea dec. 100. num. 5. & per tot. decis. 303. part. 2. divers. & in Leodien. Canonicatus 14. Martii 1710. §. Nec etiam coram R. P. D. meo Falconerio; Idemque procedit quoad Conclavistas; Nam licet hi dicantur familiares, & Commensales Summi Pontificis Gomez ad regul. de im-

petran. Benefic. vacan. per obit. Famil. Card. q. 13. n. 1. Rot. cor. Coccin. dec. 1060. n. 6. Hæc tamen familiaritas, & commensalitas acquiritur ex privilegio, & per modum factum, ut omissis generalibus, probant in puncto Tondut. quæst. Benefic. part. 2. cap. 3. §. 3. n. 15. Quamobrem cum in Bulla Nicolai V. edita super concordatis Germaniæ exceptuata legantur Beneficia dumtaxat verorum Commensalium, & aliorum 24. Cappellorum in Epitaphio scriptorum & hinc comprehensa dici non possunt Beneficia possessa per Conclavistas, qui & si ad alios effectus dici valerent Commensales, & Familiares Papæ, verè tamen tales non sunt, prout requireretur ad effectum, ut reservata dicantur Beneficia Germaniæ, ut probant in terminis Concordatorum Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 25. num. 22. & gloss. 51. n. 26. & 27. Rot. coram Seraphin. dec. 1251. n. 18. & 19. & dec. 303. num. 2. & 3. part. 2. divers. & in dicta Leodien. Canonicatus 14. Martii 1710. coram R. P. D. Falconerio §. Nec etiam.

Probata ex his subreptione, & in exequibilitate literarum per Gasparem obtentarum, optimo Jure descendendo ad secundam dubii partem conclusum fuit, Decanatum adjudicandum esse Melchiorri, qui Collationem reportaverat à Celsissimo Episcopo, cui effluxo jam femestre, intrà quod ad Capitulum spectabat electio, libera, & plena devoluta fuit facultas conferendi Garz. de benefic. part. 7. cap. 15. num. 10. Card. de Luc. de Jurepatron. discurs. 84. num. 4. Rot. in Hydruntina Cappellaniæ 10. Maii 1697. §. Neque obstat coram Reverendissimo Conchen. & in Leodien. Pastoratus, seu Vicariæ Sancti Phoillani 13. Maii proximè præteriti. §. Primo coram me.

Et ita utraque & c.

C A N O N VII.

PAULUS IV. *Constit. XIV.* §.2.; & 4. *Bull. Rom.* Tom. I.

Postquam Divina Bonitas: *Et infra: Quamobrem* con-
 siderantes, Apostatas hujusmodi infinitis erroribus in
 eadem Dei Ecclesia causam præstare, & propterea volentes
 contra Apostasiam ipsam pleniùs providere, & eam, quan-
 tum nobis ex alto conceditur, de medio tollere, motu pro-
 prius, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ Potestatis
 plenitudine, omnes, & singulos, qui post professionem per
 eos in ætate legitima constitutos, in aliquo approbato, etiam
 militari ordine purè, & liberè emissam, vel si antè ætatem
 legitimam professi fuerint, post illam per eos in ipsa ætate le-
 gitima constitutos purè, & liberè ratam, & gratam habi-
 tam, temeritate propria, aut quovis prætextu, vel cau-
 sa, etiamsi se Religioni, & Ordini non adstrictos esse sive
 Causæ cognitione, & his, quæ à Jure requiruntur servari,
 omisis, vel non legitimè probatis, declarari obtinuerit, aut
 Beneficium Ecclesiasticum etiam Curatum, non præcedente
 legitima dispensatione, possideant, vel alicui Beneficio Ec-
 clesiastico etiam Curato alterius nomine deserviant, extra
 Claustra suorum Regularium Locorum degunt, aut imposte-
 rum degent, omnibus, & singulis Beneficiis Ecclesiasticis cum
 cura, & sive cura sacerdotalibus, aut sui, vel cuiusvis Ordinis
 Regularibus, per eos quomodolibet obtentis, & de cætero
 obtinen., cujuscumque qualitatis fuerint, ac Fructibus, red-
 ditibus, & proventibus Ecclesiasticis, eis quomodolibet re-
 servatis, seu assignatis, nec non Bachalariatus, Licentiaturæ,
 Doctoratus, & Magisterii, ac quibusvis aliis Jure Canonico,
 vel Civili, aut Theologia, seu Medicina, vel Artibus, aut
 quavis alia Facultate, gradibus, per eos etiam antequam
 Religionem ingrederentur, obtentis, seu asseditis, nec
 non quocumque ministerio Ecclesiastico, Apostolica Au-

Pars VI.

K X

tho-

thoritate, tenore præsentium penitus, & omnino privamus, ac ad illa, & alia quæcumque, & qualiacumque in posterum obtainenda, seu Fructus, Redditus, & Proventus Ecclesiasticos percipiendos, aut gradus assequendos perpetuo inhabilitamus, & ab executione quorumcumque Ecclesiasticorum, etiam sacrorum, & præsertim Presbyteratus Ordinum, nec non omni ministerio Ecclesiastico prædicto perpetuo suspendimus, privatosque, & inhabiles ac suspensos esse; nec non Beneficia ipsa de Jure, & de facto, etiam ad hoc, ut eorum Ordinarii Collatores ea aliis liberè conferre possint, et nisi ea infra tempus à Lateran. Concilio statutum contulerint, Collatio Beneficiorum eorumdem ad immediatum illorum superiorem, & demum ad nos, ac pro tempore existentem Rom. Pontificem devolvatur. Patroni quoque eorumdem Beneficiorum personas idoneas infra tempus à Jure statutum ad ipsa Beneficia præsentare possint, & nisi præsentaverint, eorum libera Collatio ad Ordinarium spectet, & pertineat, vacare, ac Reservationes Fructuum, Reddituum, & Proventuum hujusmodi expirare decernimus: *Et infra.* Et si Patroni alicujus Beneficii Ecclesiastici, sive sint Laici, sive Clerici, aliquem ex eisdem Apostatis ad Beneficium de eorum Jurepatronatus existens tunc vacans præsentaverint, præsentationes hujusmodi sint eo ipso nullæ, irritæ, & inanes, ac viribus careant, & ipsi Patroni Jure præsentandi alios ad eadem Beneficia pro ea vice tantum privati existant.

COMENTARIUM.

EX hoc Canone sequens deducitur conclusio.

Prima ≡ PER APOTASIAM BENEFICIATI VACAT BENEFICIUM, ET PATRONUS INTRA TERMINUM JURIS DEBET PERSONAM IDONEAM AD ILLUD PRÆSENTARE ≡

Secunda ≡ PRÆSENTATIO APOTATÆ AD BENEFICIUM DE JUREPATRONATUS EST NULLA, ET PATRONUS PRO EA VICE PRIVATUR JUREPRÆSENTANDI ≡ Quas conclusiones approbant etiam Lambertin. de jurepat. lib.2. par.1. q.9. art.9. num.3. Vivian. eod. tract. par.2. lib.6. cap.5.

n.73.

11.73. Card. de Luc. de benef. disc. 75. n. 17. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. num. 66.
Garz. de benef. par. 11. cap. 10. n. 147. Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. disp. 9. quæst. 7. n. 3.
Rot. dec. 195. n. 1. p. 4. tom. 2. rec.

1 Triplicem Apostasie speciem distinguit *Gloss. in cap. 1. de Apostatis verb. Apostasia*.
Alia est Apostasia à Fide Catholica quæ est omnimodus recessus à Fide;
Alia à præcepto, quæ est inobedientia, seu quando quis Præceptum majoris sui
spontanea voluntate transgreditur; Alia à Religione, quæ est recessus à Religio-
ne, & obedientia Prælati proprii cum animo deserendi omnino Institutum, &
non redeundi amplius ad Religionem, sive habitum retinendo, sive illum ab-
iciendo. De hac tertia Apostasie specie loquitur hic *Canon*, adeòd Paulus Quartus
agnoscens Apostasiam à statu Religioso sordere labe sacrilegii, & conculationis primæ
Fidei Christo datæ, ineundo statum Religiosum, variorum etiam peccatorum colluviem
secum continere, & peccatum adeò tetur, & horrendum esse, ut vix hæresi excepta,
aliud majus sit, quantum fieri potest, monstrum hoc de medio tollere volens ultrà pœ-
nas excommunicationis, & infamia à jure statutas contrà hujusmodi Apostatas, im-
posuit etiam illis in hoc *Canone* pœnam privationis beneficiorum jam assecutorum, in-
jungendo Patronis alias Personas idoneas ad illa infra terminum à jure præfixum præ-
sentare, ac pœnam inhabilitatis ad alia beneficia assequenda, prohibendo Patronis
eosdem Apostatas ad illa præsentari sub pœna non solùm nullitatis præsentationis, ve-
rū etiam privationis Juris præsentandi pro ea vice. Quæ constitutio Pauli IV. licet
deinde modificata fuerit à Pio IV. in ejus *Constit. incipien. Sedi Apostolicae, de qua Bullar.*
Rom. nov. tom. 2. in ordin. la 3. tamen quoad has penas suum retinet robur. Roderic.
quæst. regal. tom. 1. quæst. 3. art. 4.

Quoad has conclusiones sequens examinatur Casus.

ARGUMENTUM.

Præsentatus ad beneficium, si ei objicia-
tur Crimen Apostasie, an sit repellendus ab Institutione, & Patronus de-
beat privari pro ea vice Juræpresen-
tandi.

SUMMARIUM.

- 1 Professus egressus è Religione tamquam
Apostata, est indignus beneficiorum, &
si præsentetur à Patrono, iste est pri-
vandus pro ea vice jurepræsentandi.
- 2 Professio emissæ ex suasionibus, & solli-
citatiōnibus Genitorum, non dicitur emissæ
per vim, & metum.
- 3 Professio tacita ex quibus inducatur.
- 4 Præsentatus se est in longa, & pacifica
possessione Clerici secularis colorata ex
sententia Episcopi super nullitate sue
Professionis, non est repellendus à beneficio,
neque Patronus est privandus pro ea vi-
ce jurepræsentandi.
- 5 *Dans de Apostasia ad effectum repellendi*
Præsentatum à consecutione beneficij Pa-
tronalis, quid teneatur probare.
- 6 Pars VI.

6 Professio quando dicatur nulla? Vide ibi.

7 Tacita professio, ex quibus excludatur?
Vide ibi.

8 Recessus è Religione habens originem à sen-
tentia declaratoria nullitatis Professio-
nis non dicitur temerarius.

9 Apostata si convertantur, & redeant an
possint præsentari, & obtineri beneficia
suarum Religionum?

10 An fugitivus à Religione sit eo ipso pri-
vatus beneficio, ita ut Patronus possit ad
illud aliam Personam præsentare.

CASUS UNICUS.

Vacato Beneficio A de jurepatrona-
tus, fuit ad illud præsentatus à
Patrono quidam Clericus constitutus in
ordine subdiaconali; è contra idem be-
neficium fuit à quodam Sacerdote impe-
tratum in Dataria Apostolica, ex capite
Apostasie, & incapacitatis ejusdem Præ-
sentati, seu sub narrativa, quod iste fuis-
set professus in quadam Religione, & ex
ea egressus, & sic criminis Apostasie esset
obnoxius. Quæritur in hoc casu, an Li-
teræ Apostolicae sint exequenda, adeòd
præsentatus sit repellendus ab institu-
tione,

ne, & Patronus pro ea vice privari debeat jurepræsentandi.

Affirmativè respondendum videtur ,
1 quia cùm præsentatus multis ab hinc annis ingressus fuerit Religionem , & ibi Professionem emiserit , recedendo successivè ab ea , tamquam Apostata est indignus beneficiorum ; & Patronus eum præsentando dignus est , ut pro ea vice privetur Jurepræsentandi ex dispositione hujus Canonis .

Nec ab hujusmodi Apostasiæ criminè
2 ipse excusari posse videtur , si dicatur , quod Professionem emiserit per vim , & metum cadentem in costantem virum ; De hoc enim non constat , dum recognitis depositionibus Testium per dictum Præsentatum allatis , ex eis solum apparet de importunis suasionibus , & sollicitationibus Genitorum , quæ non sunt sufficientes ad incutendum vim , & metum cadentem in constantem virum , uti est necessarium ad effectum inducendi nullitatem Professionis , & obtinendi restitutionem in integrum adversus lapsum quinquennii . *Fagnan. in cap. Perlatum de his, quæ vi met. caus. sunt n. 14.* & pluries resolutum fuit à S. Congregatione Concilii , præsertim in Venetiarum , seu Brixiæ. *Restitutionis in integrum 7. Febr. 1711* *Tusculana restitutionis in integrum 19. Augusti 1713.* *Patavina restitutionis in integrum 12. Januar. 1715.* , & in Bononien. *restitutionis in integrum 18. Maii 1715.* & in Bisuntina *Restitutionis in integrum 12. Febr. 1718.*

Et etiam omissò quod Professio fuerit
3 ab eodem Præsentato emissa per vim , & metum , adhuc videtur negari non posse , quod saltè tacitè illam ratificaverit , quia non appetet eum reclamasse intrà quinquennium . *Fagnan. d. cap. Perlatum n. 40.* & 47. Fortius diceretur eam tacitè ratificasse , si ordinem subdiaconatus , quem Præsentatus habet , suscipisset in Religione ad Titulum Paupertatis . *Lezzan. in summ. verb. Professio Regularis n. 4.* *Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 42. n. 167.* & sentiit Sac. Cong. Concilii in *Lucana. Restitutionis in integrum 13. Julii 1715.* Aut si exercisset onera Professis convenientia eadem S. Cong. in S. Miniati *resti- tutionis in integrum 13. Maii 1713.*

Hoc tamen non obstante censeo in

4 hoc casu Præsentatum non esse ab institutione repellendum , nec Patronum esse privandum pro ea vice jurepræsentandi , & consequenter Literas Apostolicas non esse exequendas . Etenim sapèdictus Præsentatus à Patrono erat in longa , & pacifica possessione Clerici secularis , colorata ex sententia Episcopi super nullitate suæ Professionis , unde ipse instituendus venit in Beneficio , ad quod fuit præsentatus , cum egressus è Religione coloratus , & excusabilis suffragatur ad effectum excusandi ab Apostasiæ criminè , aliisque poenis pro illo inflictis . *Card. de Luc. de benef. disc. 75. n. 18.* , & Patronus , qui prudenter existimavit eum Clericum secularis , non vero Regularem , propriæ auctoritate è Religione egressum , illum præsentando nullam culpam commisit , ratione cuius dignus sit privatione juris præsentandi pro ea vice . Unde Provisus Apostolicus , qui in hoc casu dat de Apostasia , ad effectum repellendi dictum Præsentatum à consecratione beneficij patronalis , tenetur concludenter probare Professionem validam , & temerarium recessum Præsentati è Religione ; ut interimis resolutum fuit à S. Rota dec. 195. n. 6. p. 4. tom. 2. rec.

Tantùm autem abest , quod in præsentiarum probetur à Proviso Apostolico utrumque requisitum , ut potius constet contrarium , nimis Professionalis , quam olim emisit idem præsentatus , fuisse nullam ; dum revolutis depositionibus Testium tunc coram proprio Ordinario allatorum , isti non solum deponunt de importunis suasionibus , & sollicitationibus Genitorum , sed etiam testantur eundem Præsentatum fuisse clausum in arce cubiculo , fuisse verberatum usque ad effusionem sanguinis , ac ejus Patrem in ipsum stricto pugione irruisse , ad hunc effectum , ut dictus Præsentatus professionem emitteret ; Quibus depositionibus Testium accessit etiam confessio proprii Patris , qui in ultima senectute , conscientia angoribus stimulatus , attestacionem jure jurando exhibuit super coacta Filii. Professione , cuius consensum extorsisse inquit sub verberibus , carcera- tione , aliisque perversitatibus ; Novitatus quoque tempore , minacibus Epistolis eum in Religione continuuisse , ac

bi-

biduo ante Professionem minas mortis replicasse subdit; Et consequenter constat ejus Professionem fuisse nullam, ut potè emissam per vim, & metum cadentem in constantem virum. *Fagnan. in cap. Nullus de Regul. n. 22. & in cap. Perlatum n. 3. & seqq. de his, quæ vi met. caus. fiunt. Pignattell. consult. 173. n. 9. tom. 9., & his circumstantiis attentis declaravit Sac. Cong. Concilii in Agrigentina restitutio- nis in integrum 25. Januar. 1716. Perusina nullitatis Professionis 8. Augusti 1716. Syracusana restitutio- nis in integrum 5. Septembris 1716. & in Mantuana nullitatis Professionis 27. Febr. 1717.*

Testantur etiam de continua reclamationibus, & querelis ejusdem Præsentati tam ante, quām post Professionem, & tam intrā, quām extra quinquennium, de ejus horrore, ac animi averseione erga Religionem, & quod nullum actum Professi convenientem exercuerit, quæ continua querimonīa clare demonstrant ipsius coactam voluntatem, & ex eis excluditur tacita Professio, quæ ad sui esentiam requirit consensum Profitentis se astringendi votis: *ad Text. in cap. 2. & cap. cum virum de Regul. Fagnan. in cap. Quanto de translat. Episcop. n. 104. Pignattell. consult. 173. n. 29. & seqq. tom. 9. & consult. 76. n. 5. & 7. tom. 10. Card. de Luc. de Regul. disc. 45. n. 5. Dominus meus Ad- vocat. Ursaya in suis disceptationibus par. 1. discept. 1. n. 10. Rot. dec. 14. n. 12. post Monacell. par. 2. & dec. 579. n. 3. p. 1. rec. & dec. 9. n. 25. & seq. coram Arguell. Cessat etiam alterum requisitum, temerarii vi- 8 delicit recessus, ex sententia Ordinarii declaratoria nullitatis Professionis, ex qua justissimam causam habuit credendi se posse è Religione exire, quæ justa cau- sa cum excusat ab Apostasia juxta Navar. cons. 1. sub n. 4. de Apostasia Rot. d. dec. 195. n. 24. p. 4. tom. 2. rec.*

Quāro hic primo, an Apostata, si con- vertantur, & redeant, possint præsenta- ri, & obtinere beneficia suarum Religio- num?

Affirmativam sententiam tueruntur Lam- bertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. q. 9. art. 9. n. 6. Vivian. eodem tract. p. 2. lib. 6. cap. 5. n. 75. Negativam verò defendere videtur Gonzal. in cap. consultationi de Apostatis n. 6. docens Apostatas etiam resipiscen-

tes perpetuò inhabiles manere ad bene- ficia, & dignitates Ecclesiasticas, ea ra- tione, quia valde consentaneum est, ut hujusmodi desertores, & si risipuerint à beneficiis, & dignitatibus Ecclesiasticis arceantur, ut egregiè expressit S. Augu- stinus relatus à Gratiano in cap. Legi 16. quæst. 1.

Ego verò de jure communi primam sententiam puto veriorem, si Apostatae conversi humiliter precantur veniam, si dent bonum exemplum tum Poenitentia, tum bonorum morum, & regularis obser- vantia, quia tam ratio naturalis, quām clementia Ecclesiæ, & Religionis exposita- lat, ut illi benignè recipientur, & ad- mittantur ad beneficia Religionis, nisi aliter disponatur à constitutionibus, & statutis Religionis, ut admittunt etiam *Lezzan. in summ. tom. 1. cap. 16. num. 18. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 3. disput. 8. quæst. 9. n. 4.*

Quāro secundo, an Fugitivus à Reli- gione sit eo ipso privatus beneficio, ita ut Patronus possit ad illud aliam Personam præsentare?

Respondeo negativè. Licet enim omnis Apostata à Religione sit etiam fugiti- vus, non tamen omnis fugitivus à Reli- gione est Apostata. Siquidem Fugitivus dicitur ille, qui recedit à Monasterio, & obedientia, atque subjectione proprii Prælati non animo tamen deserendi Re- ligionem, & manendi in sæculo, sive ad illud redeundi, sed aliquandiu vagandi quocumque prætextu, sive retento, sive abjecto habitu. Apostata verò dicitur ille, qui recedit à Religione, & obedientia Prælati proprii cum animo deserendi omnino institutum, & non redeundi am- plius ad Religionem, ut optimè conside- rat Gonzal. in cap. Nè religiosi de regul. n. 3. Unde Fugitivus à Religione, cùm non sit Apostata, non comprehenditur sub dis- positione hujus *Canonis* in flagitio Apostatis poenam privationis beneficiorum, & injungientis Patronis præsentare Perso- nas idoneas ad illa sic per Apostasiam va- cantia, ut tradit *Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3. disp. 7. q. 1. n. 16. ibi. Hinc est quod pæna latæ in Bulla 14. Pauli IV. quæ incipit Postquam divina bonitas, contra Religio- sos extra Claustra degentes, extenduntur tantum ad Apostatas, non verò Fugitivos.*

CA.

C A N O N V I I I.

PAULUS QUARTUS *Constit. XIX. §. 4. Bull. Rom. Tom. I.*

Ann. 1559.

Cum ex Apostolatus officio: *Et infra.* Et qui Juspatronatus, aut nominandi Personas idoneas ad Cathedrales, etiam Metropolitanas, & Patriarchales, Primatales Ecclesias, seu Monasteria, vel alia Beneficia Ecclesiastica, per privationem hujusmodi (*nimirum ob hæresim*) vacantia, habere prætenderint, nè illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, sed de servitute Hæreticorum erpta Personis concedantur idoneis, quæ illarum Populos in semitas justitiae fideliter dirigunt, teneantur ad Ecclesias, Monasteria, & Beneficia hujusmodi alias Personas idoneas infra tempus à jure, vel ex eorum concordatis, seu compactatis cum dicta Sede initis statutum, nobis, seu pro tempore existenti Romano Pontifici præsentare, alioquin tempore hujusmodi elapso, plena, & libera Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum prædictorum dispositio ad nos, & Romanum Pontificem prædictum, eo ipso pleno jure devolvatur.

C O M M E N T A R I U M.

EX hoc Canone hæc infertur conclusio.

PATRONUS AD BENEFICIUM PATRONALE PROPTER HÆRESIM BENEFICIATI VACANS, TENETUR INFRA LEGITIMA TEMPORA ALIAM PERSONAM IDONEAM ROMANO PONTIFICI PRÆSENTARE, ALIAS ELAPSO TERMINO PROVISIO BENEFICI OR HÆRESIM VACANTIS LIBERE DEVOLVITUR AD SEDEM APOSTOLICAM = Hanc conclusionem probant etiam omnes illæ auctoritates superiùs relatae. *Par. III. Can. unic. in Commentario;* ubi deductum fuit, vacato Beneficio Patronali, Patrono Ecclesiastico competere semestre, Laico verò quadrimestre ad præsentandum.

1 Nulla fuit tam barbara gens, quæ desertores propriæ Religionis, & ejus violatores debitum non compesceret poenit, uti testatur Seneca *lib. 3. de benef. cap. 6.* ibi = *Violatarum Religionum aliubi, atque aliubi diversa pœna est, sed ubique aliqua* = Inter pœnas, quæ à Jure Canonico infliguntur, & imponuntur Hæreticis Fidei Catholicæ desertoribus, & violatoribus; quod attinet ad nostram materiam; non solum est illa, quod Hæretici ad Beneficia præsentari non possint; *Lambertin. de jure pat. lib. 2. par. 1. quæst. 9. art. 6. nu. 1. Vivian. eodem tractat. par. 2. lib. 6. cap. 5. nu. 66.* Verum etiam, quod præventur omnibus Dignitatibus, & Beneficiis Ecclesiasticis; ita enim statuitur in *cap. Ut commissi de Hæreticis in 6.* ibi = *Privandi propterea, vel privatos nuntiandi Dignitatibus, ac aliis Beneficiis Ecclesiasticis, de Diœcesanorum, vel eis absentibus, Vicariorum suorum consilio, & officiis publicis, ac honoribus quibuscumque eosdem hæreticos, credentes, recepitatores,*

ptatores, & defensores ipsorum, eorumque filios, & nepotes, plenam concedimus facultatem Et à Nicolao III. in ejus constit. la 2. Bull. vet. tom. I. fol. 30. ibi Hæretici autem, & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum Beneficium, seu officium admittantur, quod si secus actum fuerit, decernimus irritum, & inane. Nos enim prædictos ex nunc privamus beneficis acquisitionis, volentes, ut tales, & habitis perpetuò careant, & ad alia similia nequam in posterum admittantur & tradunt Garz. de benef. par. II. cap. 10. §. 1. nu. 59. & seqq. Covarruv. var. resol. lib. 2. cap. 8. nu. 4. Passerin. in dicto cap. Ut commissi de Hæret. in 6. Paulus IV. in hoc Canone confirmavit hujusmodi pœnam privationis beneficiorum à jure impositam hæreticis; & ulterius reservavit beneficia per hæresim vacantia S. Sedi Apostolice, quæ reservatio fuit etiam renovata à D. Pio V. in ejus Bulla la 29. & à Gregorio XIII. in ejus Bulla la 66. Bullar. Rom. nov. tom. 2. & insuper injunxit Patronis, ut intrà legitima tempora, nimirum intrà semestre, aut quadriimestre præsentarent ad illa Romano Pontifici Personas idoneas, alias libera eorum collatio devolvatur ad ipsum Pontificem, nè Beneficia ob hæresim vacantia diutinæ vacationis exponantur incommodis.

Quo ad hanc conclusionem vide, quæ dixi dicta Par. III. Can. unic. ubi plura, quo ad terminum à jure præfixum Patronis ad præsentandum concernentia, examinavi.

C A N O N I X.

PIUS QUARTUS Constit. LXXXV. Bull. Rom. Tom. 2.

Ann. 1564.

Romanum Pontificem: *Et infrà.* Sanè licet dudum cùm certam simoniacæ pravitatis speciem, quam Beneficiorum confidentiam vocant, etiam Romanæ Curiæ, atque adeò in Sacrum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegium, quasi per Cuniculos irrepsisse, ac nonnullos ex ipsis Fratribus nimia quadam facilitate, seu potius importunis Amicorum, Familiarumque precibus adductos, Beneficia Ecclesiastica in confidentiam hujusmodi recepisse, & frequenter recipere intelleximus, hanc illicitam beneficentia exerceendæ, seu amicitia colendæ viam à tanto saltè Collegio prorsus eliminare cupientes, eosdem Fratres in Consistorio nostro secreto, non semel admonuerimus, huic aliena Beneficia custodiendi modo nè assuescerent, nevè illa hoc pacto reciperent, neque sic recepta admitterent, nihilominus nuper ad aures nostras pervenit eorum aliquos, monitionis nostræ, imò potius suimet oblitos ea, quæ custodienda acceperant Beneficia, nondum tamen dimisisse; Et insuper illos, & nonnullos alios etiam Patriarchas, & Archiepiscopos, & alios

Episco-

Episcopos, ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos, Ecclesiæ, Monasteria, Dignitates, & alia Beneficia hujusmodi in sui favorem resignata, cessa, vel aliæ dimissa acceptasse, aut de illis per obitum, vel aliæ vacantibus, à nobis, & Prædecessoribus nostris, seu etiam ab Ordinariis, & aliis inferioribus Collatoribus, etiam ad Patronorum præsentationem, ad alterius commodum sibi provideri obtinuisse, illaque, ac etiam alia aliter vacantia sibi in titulum, Commendam, vel administrationem, aut alias dicta auctoritate concessa quandoque in resignantium, vel cedentium, seu etiam aliorum favorem cessisse, vel aliæ dimisisse. Ac sibi propterea pensiones annuas, ac fructus, redditus, & proventus Ecclesiærum, Monasteriorum, Dignitatum, & aliorum Beneficiorum hujusmodi, in toto, vel in parte, etiam aliquando, cum facultate illas, & illos transferendi, ac etiam collationem, provisionem, præsentationem, & aliam dispositionem Beneficiorum Ecclesiasticorum, ad earumdem Ecclesiærum, Monasteriorum, & Dignitatum Prælatos pro tempore existentes, ac alios hujusmodi Beneficia pro tempore obtinentes pertinentium, nec non regressus, sive accessus, & ingressus ad Ecclesiæs etiam Cathedrales, Monasteria, ac alia diversa Beneficia Ecclesiastica, sibi reservari procurasse, & obtinuisse. *Et infra.* Quare nos hanc Cardinalium eorumdem in monitionibus nostris parendo injuriam, & tam illorum, quam cæterorum Prælatorum, etiam Clericorum, ac aliorum quorumcumque indignam fallaciam, conniventibus oculis diutiùs minimè dissimulandam, sed huic errori, nè radices altiùs agat, occurrentum tandem esse censentes. *Et infra.* Idcirkò omnes, & singulas Ecclesiæs, etiam Metropolitanas, & aliæ Cathedrales, ac Monasteria, etiam Consistorialia, Prioratus, Præposituras, Præpositatūs, Dignitates etiam majores, & principales, etiam Conventuales, Personatus, Administrationes, & officia, cæteraque Beneficia Ecclesiastica cum cura, & finè cura, Sæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia, etiam de Jurepatronatus, etiam

Laico-

Laicorum, etiam Nobilium, & Illustrium, etiam ex fundatione, & dotatione existentia, per ejusdem Romanæ Ecclesiæ, etiam Episcopos, & Cardinales, & quoscumque alios, etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam ejusdem Cameræ Clericos, in titulum, Commendam, vel administrationem, aut aliis in hujusmodi confidentiam jure prohibitam, cujusvis Personæ, ut præfertur, contemplatione, vel intuitu, quovis modo recepta, illorum liberam collationem, & dispositionem Nobis, & Sedi Apostolicæ harum serie reservantes, ipso jure à die receptionis eorumdem vacavisse, & vacare. Ac fructuum, & pensionum reservationes, ac facultates transferendi, & collationis Beneficiorum, concessiones eis, ut præmittitur, factas, ac regressus, sive accessus, & ingressus concessos hujusmodi cessasse, & cessare, ac extinctos esse. *Et infra.* Et insuper universis, & singulis tam ejusdem Romanæ Ecclesiæ, Cardinalibus, etiam Episcopis, quæm Prælatis, & Clericis, ac aliis prædictis præsentibus, et futuris, nè deinceps ullo umquam tempore aliquas Ecclesiæ, Monasteria, Dignitates, vel alia Beneficia, etiam de dicto Jurepatronatus, uti præfertur, existentia, aut fructus, vel pensiones, aut regressus, seu accessus in confidentiam prædictam, aut ad effectum reservationum hujusmodi, sibi postmodum cedentibus procurandarum, recipere præsumant, Cardinalibus videlicet, et aliis Prælatis hujusmodi in virtute sanctæ obedientiæ, et sub interdicti ingressus Ecclesiæ, reliquis verò sub majoris excommunicationis latæ sententiæ poenâ, per contrafacentes eo ipso incurriendâ, à quâ nisi à Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, districtius inhibemus. Ac quoscumque collationes, provisiones, Præfectiones, Commendas, reservationes, facultates etiam transferendi, ac regrediendi, sive accedendi, et ingrediendi, ac alias dispositiones de Ecclesiis, Monasteriis, Dignitatibus, & aliis Beneficiis, eorumque fructibus, & Beneficiorum collationi-

bus, per nos, & alios Romanos Pontifices successores nostros, etiam motu proprio, seu Confistorialiter, aut etiam per Ordinarios, & alios inferiores Collatores etiam ad Patronorum eorumdem præsentationem, & quomodolibet cum interventu Confidentialiæ hujusmodi expressè, sive occultè, ac de jure præsumpto, & aliis contra præmissa pro tempore factas nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, neque cuiquam suffragari; sed Ecclesiæ, Monasteria, Dignitates, ac alia Beneficia, hujusmodi ipso jure vacare, ac nostræ, & Sedi Apostolicæ dispositioni reservata, fructusque, & pensiones Cameræ Apostolicæ, applicatos (ut præfertur) esse, & censeri.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone sequentes deducuntur conclusiones.

Prima = BENEFICIA IN CONFIDENTIA RECEPTA, SIVE LIBERA, SIVE DE JURE PATRONATÙ ETIAM LAICORUM, ET ETIAM NOBILIORUM. ET ILLISTRUM IPO JURE VACANT A DIE RECEPITIONIS, ET SUNT SEDI APOSTOLICÆ RESERVATA =

Secunda = PROHIBITUM EST RECIPERE BENEFICIA IN CONFIDENTIAM CARDINALIBUS, ALIISQUE PRAELATIS IN VIRTUTE S. OBEDIENTIÆ, ET SUB POENA INTERDICTI INGRESSUS ECCLESIAE, RELIQUIS VERO SUB POENA EXCOMMUNICACIONIS LATÆ SENTENTIAE =

Tertia = COLLATIO, AUT ALIA PROVISIO BENEFICII FACTA ETIAM AD PATRONI PRÆSENTATIONEM CUM INTERVENTU CONFIDENTIÆ EST NULLA = Quas conclusiones confirmant etiam Gabriel. conf. 172. nu. 1. & seq. tom. 2. Paris. de Confidentialibus quest. 7. per tot. & quest. 57. & 58. & alibi, ubi plenè de hac materia confidentialium tractatur. Garz. de Benefic. par. 10. cap. 3. §. 2. num. 164. & seqq. Lotter. de re benef. lib. 3. quest. 29. nu. 105. & seqq. Nicolants ad concordata Germania dub. 1. §. 22. in fin. Gonzal. ad Regul. 8. Cancel. gloss. 51. nu. 10. Mascard. de probat. conclus. 1312. nu. 1. & seqq. Tondut. quest. benef. cap. 89. n. 17. & seq. tom. 1. Rot. decis. 86. n. 1. & seqq. coram Seraph.

1 Confidentia beneficialis dicitur illa, qua quis confidit in aliquo, velut in amico, aut familiari, aut consanguineo, vel ex pacto, vel ex alia quavis causa, seu occasione, quod iste acceptans beneficium sibi postea, vel alteri illud conferat, renuntiet, aut solvat

2 aliquam pensionem, aut aliquid aliud det. Quia autem hujusmodi confidentialia à Collatoribus, à Patronis, & ab ipsis Beneficiatis frequenter ex variis causis, & modis committebatur; dum multi conferebant, aut præsentabant, aut resignabant beneficium alicui, paciendo de aliqua pensione absque Apostolico consensu; Multi volentes promoveri ad sacros Ordines, prout requirit beneficium, vel nolentes astringi ad habitum, & tonsuram, beneficium resignabant alicui, cum pacto, & conditione sibi, vel alteri solvendi fructus, vel pensiones finè prædicto assensu; Multi statuentes ire ad bellum, aut ulcisci de hostibus suis, & nè ex delicto perpetrando vacare contingeret beneficium, illud alteri resignabant paciendo de fructibus, sive de pensione, sibi, vel alteri solvenda absque prædicto assensu; Plerique cum essent irregulares, & criminosi, adeòque bene-

beneficia de jure retinere nequeentes, alteris illa resignabant cum pacto, & conditio-
ne, obtenta postea dispensatione ab irregularitate, eadem beneficia ab eis reperen-
di. Plerique beneficium quomodolibet resignabant, ut sibi ipsis postea restituatur, vel
ei, quem ipsi nominaverint; Nonnulli beneficium vacans impetrabant, eo pacto, ut
postea ad mandatum alicujus illud dimissuri sint, ut alteri conferatur. Nonnulli acce-
ptabant beneficium, aut ad illud præsentabantur à Patronis cum pacto, & conditione,
ut quando filius Patroni puer, & infans adoleverit, huic postea resignent; Nonnulli
procurabant alteri beneficium, ut possint postmodum de illo ad sui libitum disponere.
Alii ex privilegio non obligati ad solvendam expeditionem Bullarum Cameræ, vel
Cancellariæ faciebant expediri Bullas sub nomine suo, ut evitentur dictæ expensæ pro
alio, qui in rei veritate est futurus possessor beneficij. Alii ad effectum defendenda lit-
is super beneficio resignabant illud alicui Personæ Potenti, ut obtenta victoria litis al-
teri conferatur, & resignetur, aut sibi restituatur; Alii senes, vel infirmi, ut beneficia
in domibus suis perpetuentur, illa renuntiabant in alios, cum pacto vel profanam fa-
miliam cedentium de fructibus Ecclesiastis alendi, vel illa, etiam num infantibus,
3 aut nascituris asservandi. Hinc proinde ad arcendum ab Ecclesia Dei, adeò pernicio-
sum crimen, nè beneficia Ecclesiastica indignis concedantur, nè dentur per hæredita-
tiam successionem, & nè plura unidentur, Pius IV. in hoc *Canone*, Auctoritate Aposto-
lica prohibuit Cardinalibus, aliisque Prælatis recipere beneficia in confidentiam in
virtute S. Obedientiæ, & sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ, reliquis verò sub pœ-
na excommunicationis latæ sententiæ; declaravit nullas collationes, & provisiones
omnes beneficiorum, etiam ad Patronorum præsentationem factas cum interventu
confidentiæ; ac insuper decrevit beneficia in confidentia modis supra explicatis rece-
pta, sive libera, sive Patronalia etiam Laicorum, ac Personarum nobiliū, & illustrium
4 ipso jure vacare à die receptionis, & esse Sedi Apostolicæ reservata. Quæ tamen re-
servatio locum non habet in Gallia; siquidem in Regno Galliæ beneficia Patronalia
tam Privatorum, quā Regis ex hoc criminis confidentia vacantia, conferenda sunt per
Ordinarios ad præsentationem Patronorum, dummodo isti in hujusmodi criminis non
fuerint participes, aut ad præsentationem ejusdem Regis ex speciali constitutione Six-
ti V. la 61. S. 5. Bull. Rom. nov. tom. 2. ibi = Beneficia verò occasione confidentia hujusmo-
di ad præsens vacantia, & in posterum vacatura ab ipsorum beneficiorum Ordinariis Colla-
toribus, perinde ac se dispositioni dictæ Sedis Apostolicae minimè reservata fuissent liberè con-
ferri, & de illis provideri posse, & debere decernimus, dum tamen talium criminum parti-
cipes, aut consentientes non fuerint. Quo casu, ac etiam ubi iidem Ordinarii Collatores per
sex menses à die detectæ, & comprobatae, seu convictæ confidentia beneficia ipsa, ut præfer-
tur vacantia, canonice conferre, & de illis providere neglexerint, beneficiorum eorumdem
collatio, & provisio ad proximos Superiores devolvatur. Quæ verò beneficia de jurepatro-
natus laicorum fuerint, ad eorumdem Patronorum præsentationem, dummodo in criminis
hujusmodi non fuerint participes conferri. De Ecclesiis verò, ac Monasteriis, aliisque bene-
ficiis Ecclesiasticis, ad Charissimi in Christo filii nostri Henrici Tertii Francorum Regis Chri-
stianissimi nominationem spectantibus, novam ipsis Regis nominationem juxta concordata,
seu indulta à Sede Apostolica ei concessa volumus expectari =

5 Hanc eamdem Pii IV. dispositionem confirmavit D. Pius V. in ejus Constitutione la 85. Ann. 1569.

de qua Bull. Rom. nov. tom. 2. ac etiam indicavit modos probandi hujusmodi confiden-
tiæ crimen, quam ad commoditatem eorum, qui eam præ manibus non habent, hic
prout jacet, duxi referendam, ibi = Intolerabilis &c. Quare nos volentes periculorum ta-
lium audaciam novi juris subfido cohibere, præsentium auctoritate statuimus.

Ut si quis quacumque auctoritate Ecclesiam, vel Monasterium, aut aliud Beneficium Ecclesiasticum qualecumque ex resignatione; vel cessione cujuscumque Personæ, simpliciter, aut
cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittentis intentione re-
cepit, ut illa, vel illud etiam in eventum regressus, vel accessus, eidem dimittantur, vel
alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alii, vel aliis concedantur, vel
pensiones solvantur ex eisdem, hæc confidentia censeatur.

Itidem si Ordinarius, vel alius Collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum, Benefi-
cium

Ann. 1587.

cium Ecclesiasticum quovis modo vacans ea conditione tacita vel expressa, ut postea in alterum pro arbitrio Collatoris, seu alterius cuiuscumque contra juris communis ordinationem disponatur, sive ut de eo provisus fructus illius, vel partem ad utilitatem, vel libitum conferentis, vel decedentis, aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionem illi, vel illis, quem, vel quos idem Collator, aut cedens, vel alius per se, vel alium, scripto, aut verbo jussit, seu significaverit, persolvat, & pariter si à Patrono etiam Laico, vel alteri Præsentatori, seu Electori contigerit, aut contingat id fieri.

Ad hæc si Clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à solutione jurium ipsius Cameræ, vel etiam Cancellaria Apostolica exemptus, post resignationem, vel cessionem alicujus extranei de Ecclesia, Monasterio, vel alio Beneficio Ecclesiastico in se, Apostolica, vel alia auctoritate factam, & admissam, illam, vel illud etiam confessis literis Apostolicis, & possessione apprehensa, in eundem resignantem, vel cedentem, modico spatio interjecto, veluti duorum, vel trium mensum retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ, seu Monasterii, aut Beneficii, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super his reservatum, aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illam, vel illud, ipse Clerico, vel Cardinali, aut alii exempto sit, fuerit ve concessus.

Postremo si quis à crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo reeperit quacumque auctoritate Ecclesiam, Monasterium, vel aliud Beneficium Ecclesiasticum, quod ante, vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, in quibus horum casum confidentia pravitas sit contracta, casusque hujusmodi literis præsentis comprehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentia alterius tantum partis conscientia sit admissum.

Ad probandum verò plenè confidentiarum abusum, inter alias etiam hæc præsumptiones, & conjecturæ habeantur legitimæ. Videlicet.

Si quis post cessam ab se Ecclesiam, vel Monasterium, aut Beneficium, & publicatam resignationem, seu cessionem, captamque à successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus illius, per se, vel alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicunque successor illi, vel ejus propinquus, ipsos, aut partem aliquam remiserit eorumdem.

Si recipiens Beneficium constituerit dimittentem, vel ejus Parentes, aut Propinquos, Procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus Beneficii dimisit, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit.

Si vel sola Procuratoris dispositione, vel libris rationabilibus mensiorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulque expensæ pro ea necessaria ab illo factæ fuerint.

Denique si quis pro concessione alicui facta quacumque auctoritate de Beneficio Ecclesiastico, per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel alias in negotio concessionis se immiscuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis Beneficii de facto, etiam per manus Possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quandcumque.

Testes autem de quaue re singulares, singulas probare valeant præsumptiones, & conjecturas, pluresque hujusmodi præsumptiones, & conjecturæ plenam probationem faciant in prædictis.

Cæterum criminosi, & cæteri omnes, qui ad perhibendum in casibus simoniae testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur.

Sed nè quisquam etiam vana fiducia fretus non intendendi contra se judicii, in crimen perseveret, utque hoc malum gravioris censuræ stimulo usqueaque prohibeat, omnes, & singulos, qui hucusque Ecclesiæ, Monasteria, Beneficia, fructus, pensiones, aliasve res, intercedente hoc confidentia vitio repererunt, ac retinent, nisi statim ad se reversi, & respicentes celeri dimissione sibi prospexerint, & qui quid tale admiserint in futurum, etiam omnibus, & singulis aliis Ecclesiæ, Monasteriis, Dignitatibus, Administratoribus, Officiis, & Beneficiis obtentis, quæ pariter sub dicta reservatione comprehendendi volumus, nec non fructibus, pensionibus, & aliis rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & aliis officiis temporalibus præsentium auctoritate privamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in juris sub fidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus, nisi in mortis articulo constitutus

stitutus ab alio, quām à Romano Pontifice *absolutionis Beneficium valeat obtinere*. *Hos enim advocatione causarum hujusmodi, & reservatione cognitionis illarum, rerumque omnium indē emergentium, nobis, & prædictis successoribus, ut prædictum est facta, causis illis dumtaxat exceptis, quæ jam coram nobis pendere noscuntur, ac etiam iis, quas ratione Ecclesiærum, & Monasteriorum, quorum dispositio in Consistorio fieri consuevit, aut debet, itemque contra Ordinarios Collatores Episcopos, & alios Superiores Prælatos, etiam Cardinales haberi contigerit, uti jam alii nostris literis statutum est, audiendis, decidendis, & terminandis, harum sericē prorsus relaxata, decernimus ita deinceps quo cumque *Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædicta Romana Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & ipsorum cuiuscumque quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, interpretari, & definiri debere, nec non initium, & inane quicquid secus in prædictis per quo cumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.* *Confidentia autem crimen habet peculiarem Judicem in Romana Curia, qui Auditor confidentiarum appellatur ex Constitutione Sixti V. la 47. Bull. Rom. nov. tom. 2.**

Quo ad hunc Canonem spectant omnes illi Casus, quos superiū examinavimus *Par. II. Can. XII. & XIII.* ubi plura notavimus simoniae materiam concernentia, cum qua plurimum est cognata, & conjuncta *Confidentia beneficialis*, cùm sit ejusdem simoniae species; hīc verò sequentia superaddo.

ARGUMENTUM.

Patronus si in actu præsentationis ad beneficium habeat pravam intentionem recipiendi à Præsentato fructus beneficii, aut aliquod munus, an ex hoc committatur *Confidentia*, ut ex ea præsentatio dicatur nulla; & Beneficium sit Sedi Apostolicæ reservatum.

SUMMARIUM.

- 1 *Confidentia an committatur ex sola prava intentione Patroni præsentantis?* Vide ibi & num. 11.
- 2 *Patronus si præsentet cum prava intentione recipiendi aliquam recognitionem à Præsentato non dicitur ex hoc commissa confidentia simoniaca punibilis.*
- 3 *Confidentia est duplex; & quæ sit?* Vide ibi.
- 4 *Confidentia simoniaca, & punibilis committitur ex præcedenti pacto, tractatu, conventione, & conditione expressa, vel tacita.*
- 5 *Dicitur commissa confidentia simoniaca, si Præsentatus instruēta lite coram Ordinario, illi renunciet, & cedat juri, quod habebat super beneficio favore Collitigantis, cum pacto, ut ab hoc sibi solvatur certa pecuniarum summa.* & num. 22.
- 6 *Patronus si promittat præsentare aliquem*

cum pacto, ut sibi vel alteri relinquantur fructus beneficii, aut solvatur penso, ex hoc diceretur commissa confidentia simoniaca, & punibilis, & num. 37. Amplia ut n. 7.

- 8 *Committitur confidentia Simoniaca, si Patronus præsentet, aut constitutat Procuratorem ad præsentandum cum pacto dimitendi, vel resignandi beneficium, pro sui, vel alterius arbitrio.* Limita ut n. 9.
- 10 *Secluso pacto, aut conditione non committitur confidentia punibilis.*
- 11 *Intentio prava Patroni ad effectum inducendi confidentiam non nocet Præsentato.*
- 13 *Literæ Apostolicae in omnibus justificatæ sunt exequendæ, & num. 33.*
- 14 *Literæ Apostolicae si sint subreptitiae, non sunt exequendæ.* & n. 41.
- 15 *Quæ sit differentia inter vocationem ad ius patronatus passivum mediatam, & indirectam, & vocationem immediatam, & directam.* Vide ibi & n. 16.
- 17 *Ex quibus probetur Fundatorem noluisse qualitatem Senioritatis in jurepatronatus passivo.* Vide ibi, & n. 18. & 19.
- 20 *Qualitas Senioritatis volita in jurepatronatus activo, an censeatur repetita in Patronatu passivo.* & n. 21.
- 22 *Quando concursus est inter lineas, prærogativa gradus non servatur nisi discretriæ in qualibet linea, & unusquisque proximior in sua linea in materia indifferente succedit cum altero proximiore de altera linea.*

- 24 Ob confidentiam aut simoniam amittit, quis vocem passivam, & redditur inhabilis ad asequendum beneficium etiam vi novae præsentationis.
- 25 Simonia ex quibus probetur; Vide ibi & num. 27.
- 26 Non licet etiam in Beneficio litigioso cedere jura, & concordare pretio mediante, absque Beneplacito Apostolico.
- 28 Simonia an dicatur cessare quando conventionio unicè respicit renunciationem litis, & solutio pecuniarum facta sit ad redimendas vexationes, & in compensationem expensarum litis?
- 29 An quis dare possit pecuniam pro conservazione Juris spiritualis quæsti absque viatio Simoniae.
- 30 Simonia committitur etiam si datio pecunia facta fuerit, nomine expensarum litis.
- 31 Episcopus an possit inter Collitigantes unidare institutionem, & alteri pensionem reservare.
- 32 Episcopus non habet facultatem approbandi concordias Simoniacas.
- 34 Facta præmissione inter ipsos Patronos præsentandi certam personam, an illi possint ab ea recedere?
- 35 Simplex tractatus circa personam nominandam nulli jus tribuit.
- 36 Promissio præsentandi certam personam facta inter Patronos conditionalis, & correspœctiva, deficiente conditione, dicitur resoluta.
- 38 Patroni durante quadrimestre possunt liberè penitire, & resilire à præmissione, præsentandi simoniaca antequam superveniat Beneplacitum Apostolicum.
- 39 Promissio præsentandi aliquem, nullum jus certum, & invariabile dat ad beneficium.
- 40 Donato jure præsentandi, potest nihilominus donans priusquam accedat Ordinarii consensus præsentare; Intellige ut ibi.
- 42 Ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum requiritur etas 14. annorum.
- 43 Dispensatio super defectu etatis obtenta à præsentato, elapo quadrimestre dato Patronis laicis ad præsentandum, est nulla.

C A S U S I.

Præsentavit Patronus quemdam Clericum ad Beneficium A cum prava intentione recipiendi à Præsentato frustus beneficii, aut aliquod munus, penitus ignorante hanc pravam Patroni intentionem eodem Præsentato; Quærirur, an dicatur in hoc casu commissa confidentia illicita, & punibilis per hunc Canonem, & Constitutionem Pii V. adeò ut ex ea Præsentatio dicatur nulla, & Beneficium sit Sedi Apostolicæ reservatum.

Videtur affirmativè respondendum quia confidentia committi videtur sola prava intentione Patroni præsentantis, Collatoris conferentis, aut Beneficiati beneficium dimittentis, ut patet ex verbis Constitutionis Pii V. in Commentario relat. §. Ut si quis ibi — Etiam sola dimittentis intentione receperit, ut illa, vel illicet &c.

Hoc tamen non obstante censeo non fuisse commissam in hoc casu confidentiam punibilem per hunc Canonem, & superdictam constitutionem D. Pii V. adeò ut Præsentatio dicatur nulla, & Beneficium sit in hoc casu Sedi Apostolicæ reservatum; non omnis namque confidentia beneficialis est punibilis, siquidem duplex distinguenda est confidentia. Una simoniaca, qua quis confidit aliquem collaturum aliquod beneficium mediante prævio pacto, vel conditione expressa vel tacita. Altera, qua quis confidit beneficium collaturum ob amicitiam, cognationem, vel gratitudinem, absque interventu ullius pacti vel conditionis. Quamvis in præsentiarum Patronus habens in actu præsentationis pravam intentionem, recipiendi à Præsentato aliquod munus, seu recognitionem dicatur commissa confidentiam hujus secundæ speciei, tamen non dicitur per eum commissa confidentia primæ speciei, seu simoniaca; & punibilis; hæc enim non minus, quam simonia conficitur ex præcedentie pacto, tractatu, conventione, vel conditione tacita, vel expressa. Navarr. conf. 33. n. 4. & conf. 36. de simon. Paris. de confidentiis beneficial. quæst. 26. num. 4. & quæst. 53. n. 3. Garz. de benef. p. 11. cap. 3. §. 2. num. 165. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 29.

q. 29. num. 106. Rot. dec. 270. n. 4. 21. & seqq. coram Penia, & dec. 238. n. 8. & decis. 5. 17. n. 30. & seqq. coram Ludovis. & dec. 108. num. 5. p. 1. & decis. 166. num. 2. par. 2. rec.

Nimirum conficitur e. g. si Præsentatus instruēta lite coram Ordinario, renunciat illi, & cedat juri quod habebat super beneficio vigore cuius sibi debita erat institutio, favore collitigantis cum pacto, & conditione, expressa, vel tacita, ut sibi solvatur ab eodem Collitigante certa pecuniarum summa, hoc casu diceretur commissa confidentia simoniaea, ob quam Præsentatus amisisset vocem passivam, & redditus fuisset incapax, & inhabilis ad beneficium denud assequendum, etiam ex vi novæ præsentationis, ut novissimè in terminis resolutum fuit à S. Rota in Montis Regalis Prioratus 24. Januar. 1718. §. Suppositum coram Reverendissimo Ansaldo Decano hic inferius impress.

Conficitur quoque si Patronus promittat præsentare aliquem cum pacto, & conditione, ut sibi vel alteri relinquantur fructus beneficii, aut solvatur Pensio, aut dimittatur certa domus; tunc enim diceretur commissa confidentia simoniaea punibilis per has Constitutiones Paris. de confid. benef. q. 28. n. 200. & 202. & nuper rescriptum fuit à S. Rota in Auximana jurispatronatus 27. Junii 1718. §. Secunda ratio coram R. P. D. Rovault de Gamachis inferius legere. Quod juxta eumdem Parisum de confid. q. 38. num. 42. & seqq. procedit etiam ad eadē statuta, constitutiones, extrafundamentalia, & consuetudo immemorabilis etiam à Sede Apostolica confirmata solvendi certos fructus, aut Pensioem Patrono præsentanti; eis namque non obstantibus, promissio præsehēndi cum idicto pacto, aut solutio fructuum facta Præsentanti esset copidentia, & simonia, quia hujusmodi statuta, Constitutiones, & consuetudines immemorabiles sunt sublata per hunc Canonem; dummodo tamen Patronus non fuerit inops, aut talis pensio non fuerit reservata in limine fundationis juxta superius notata Par. 2. Can. XII. & XIII. Cas. VI. n. 4. 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100. & 101. & 102. & 103. & 104. & 105. & 106. & 107. & 108. & 109. & 110. & 111. & 112. & 113. & 114. & 115. & 116. & 117. & 118. & 119. & 120. & 121. & 122. & 123. & 124. & 125. & 126. & 127. & 128. & 129. & 130. & 131. & 132. & 133. & 134. & 135. & 136. & 137. & 138. & 139. & 140. & 141. & 142. & 143. & 144. & 145. & 146. & 147. & 148. & 149. & 150. & 151. & 152. & 153. & 154. & 155. & 156. & 157. & 158. & 159. & 160. & 161. & 162. & 163. & 164. & 165. & 166. & 167. & 168. & 169. & 170. & 171. & 172. & 173. & 174. & 175. & 176. & 177. & 178. & 179. & 180. & 181. & 182. & 183. & 184. & 185. & 186. & 187. & 188. & 189. & 190. & 191. & 192. & 193. & 194. & 195. & 196. & 197. & 198. & 199. & 200. & 201. & 202. & 203. & 204. & 205. & 206. & 207. & 208. & 209. & 210. & 211. & 212. & 213. & 214. & 215. & 216. & 217. & 218. & 219. & 220. & 221. & 222. & 223. & 224. & 225. & 226. & 227. & 228. & 229. & 230. & 231. & 232. & 233. & 234. & 235. & 236. & 237. & 238. & 239. & 240. & 241. & 242. & 243. & 244. & 245. & 246. & 247. & 248. & 249. & 250. & 251. & 252. & 253. & 254. & 255. & 256. & 257. & 258. & 259. & 260. & 261. & 262. & 263. & 264. & 265. & 266. & 267. & 268. & 269. & 270. & 271. & 272. & 273. & 274. & 275. & 276. & 277. & 278. & 279. & 280. & 281. & 282. & 283. & 284. & 285. & 286. & 287. & 288. & 289. & 290. & 291. & 292. & 293. & 294. & 295. & 296. & 297. & 298. & 299. & 300. & 301. & 302. & 303. & 304. & 305. & 306. & 307. & 308. & 309. & 310. & 311. & 312. & 313. & 314. & 315. & 316. & 317. & 318. & 319. & 320. & 321. & 322. & 323. & 324. & 325. & 326. & 327. & 328. & 329. & 330. & 331. & 332. & 333. & 334. & 335. & 336. & 337. & 338. & 339. & 340. & 341. & 342. & 343. & 344. & 345. & 346. & 347. & 348. & 349. & 350. & 351. & 352. & 353. & 354. & 355. & 356. & 357. & 358. & 359. & 360. & 361. & 362. & 363. & 364. & 365. & 366. & 367. & 368. & 369. & 370. & 371. & 372. & 373. & 374. & 375. & 376. & 377. & 378. & 379. & 380. & 381. & 382. & 383. & 384. & 385. & 386. & 387. & 388. & 389. & 390. & 391. & 392. & 393. & 394. & 395. & 396. & 397. & 398. & 399. & 400. & 401. & 402. & 403. & 404. & 405. & 406. & 407. & 408. & 409. & 410. & 411. & 412. & 413. & 414. & 415. & 416. & 417. & 418. & 419. & 420. & 421. & 422. & 423. & 424. & 425. & 426. & 427. & 428. & 429. & 430. & 431. & 432. & 433. & 434. & 435. & 436. & 437. & 438. & 439. & 440. & 441. & 442. & 443. & 444. & 445. & 446. & 447. & 448. & 449. & 450. & 451. & 452. & 453. & 454. & 455. & 456. & 457. & 458. & 459. & 460. & 461. & 462. & 463. & 464. & 465. & 466. & 467. & 468. & 469. & 470. & 471. & 472. & 473. & 474. & 475. & 476. & 477. & 478. & 479. & 480. & 481. & 482. & 483. & 484. & 485. & 486. & 487. & 488. & 489. & 490. & 491. & 492. & 493. & 494. & 495. & 496. & 497. & 498. & 499. & 500. & 501. & 502. & 503. & 504. & 505. & 506. & 507. & 508. & 509. & 510. & 511. & 512. & 513. & 514. & 515. & 516. & 517. & 518. & 519. & 520. & 521. & 522. & 523. & 524. & 525. & 526. & 527. & 528. & 529. & 530. & 531. & 532. & 533. & 534. & 535. & 536. & 537. & 538. & 539. & 540. & 541. & 542. & 543. & 544. & 545. & 546. & 547. & 548. & 549. & 550. & 551. & 552. & 553. & 554. & 555. & 556. & 557. & 558. & 559. & 560. & 561. & 562. & 563. & 564. & 565. & 566. & 567. & 568. & 569. & 570. & 571. & 572. & 573. & 574. & 575. & 576. & 577. & 578. & 579. & 580. & 581. & 582. & 583. & 584. & 585. & 586. & 587. & 588. & 589. & 590. & 591. & 592. & 593. & 594. & 595. & 596. & 597. & 598. & 599. & 600. & 601. & 602. & 603. & 604. & 605. & 606. & 607. & 608. & 609. & 610. & 611. & 612. & 613. & 614. & 615. & 616. & 617. & 618. & 619. & 620. & 621. & 622. & 623. & 624. & 625. & 626. & 627. & 628. & 629. & 630. & 631. & 632. & 633. & 634. & 635. & 636. & 637. & 638. & 639. & 640. & 641. & 642. & 643. & 644. & 645. & 646. & 647. & 648. & 649. & 650. & 651. & 652. & 653. & 654. & 655. & 656. & 657. & 658. & 659. & 660. & 661. & 662. & 663. & 664. & 665. & 666. & 667. & 668. & 669. & 670. & 671. & 672. & 673. & 674. & 675. & 676. & 677. & 678. & 679. & 680. & 681. & 682. & 683. & 684. & 685. & 686. & 687. & 688. & 689. & 690. & 691. & 692. & 693. & 694. & 695. & 696. & 697. & 698. & 699. & 700. & 701. & 702. & 703. & 704. & 705. & 706. & 707. & 708. & 709. & 710. & 711. & 712. & 713. & 714. & 715. & 716. & 717. & 718. & 719. & 720. & 721. & 722. & 723. & 724. & 725. & 726. & 727. & 728. & 729. & 730. & 731. & 732. & 733. & 734. & 735. & 736. & 737. & 738. & 739. & 740. & 741. & 742. & 743. & 744. & 745. & 746. & 747. & 748. & 749. & 750. & 751. & 752. & 753. & 754. & 755. & 756. & 757. & 758. & 759. & 760. & 761. & 762. & 763. & 764. & 765. & 766. & 767. & 768. & 769. & 770. & 771. & 772. & 773. & 774. & 775. & 776. & 777. & 778. & 779. & 780. & 781. & 782. & 783. & 784. & 785. & 786. & 787. & 788. & 789. & 790. & 791. & 792. & 793. & 794. & 795. & 796. & 797. & 798. & 799. & 800. & 801. & 802. & 803. & 804. & 805. & 806. & 807. & 808. & 809. & 810. & 811. & 812. & 813. & 814. & 815. & 816. & 817. & 818. & 819. & 820. & 821. & 822. & 823. & 824. & 825. & 826. & 827. & 828. & 829. & 830. & 831. & 832. & 833. & 834. & 835. & 836. & 837. & 838. & 839. & 840. & 841. & 842. & 843. & 844. & 845. & 846. & 847. & 848. & 849. & 850. & 851. & 852. & 853. & 854. & 855. & 856. & 857. & 858. & 859. & 860. & 861. & 862. & 863. & 864. & 865. & 866. & 867. & 868. & 869. & 870. & 871. & 872. & 873. & 874. & 875. & 876. & 877. & 878. & 879. & 880. & 881. & 882. & 883. & 884. & 885. & 886. & 887. & 888. & 889. & 890. & 891. & 892. & 893. & 894. & 895. & 896. & 897. & 898. & 899. & 900. & 901. & 902. & 903. & 904. & 905. & 906. & 907. & 908. & 909. & 910. & 911. & 912. & 913. & 914. & 915. & 916. & 917. & 918. & 919. & 920. & 921. & 922. & 923. & 924. & 925. & 926. & 927. & 928. & 929. & 930. & 931. & 932. & 933. & 934. & 935. & 936. & 937. & 938. & 939. & 940. & 941. & 942. & 943. & 944. & 945. & 946. & 947. & 948. & 949. & 950. & 951. & 952. & 953. & 954. & 955. & 956. & 957. & 958. & 959. & 960. & 961. & 962. & 963. & 964. & 965. & 966. & 967. & 968. & 969. & 970. & 971. & 972. & 973. & 974. & 975. & 976. & 977. & 978. & 979. & 980. & 981. & 982. & 983. & 984. & 985. & 986. & 987. & 988. & 989. & 990. & 991. & 992. & 993. & 994. & 995. & 996. & 997. & 998. & 999. & 1000. & 1001. & 1002. & 1003. & 1004. & 1005. & 1006. & 1007. & 1008. & 1009. & 1010. & 1011. & 1012. & 1013. & 1014. & 1015. & 1016. & 1017. & 1018. & 1019. & 1020. & 1021. & 1022. & 1023. & 1024. & 1025. & 1026. & 1027. & 1028. & 1029. & 1030. & 1031. & 1032. & 1033. & 1034. & 1035. & 1036. & 1037. & 1038. & 1039. & 1040. & 1041. & 1042. & 1043. & 1044. & 1045. & 1046. & 1047. & 1048. & 1049. & 1050. & 1051. & 1052. & 1053. & 1054. & 1055. & 1056. & 1057. & 1058. & 1059. & 1060. & 1061. & 1062. & 1063. & 1064. & 1065. & 1066. & 1067. & 1068. & 1069. & 1070. & 1071. & 1072. & 1073. & 1074. & 1075. & 1076. & 1077. & 1078. & 1079. & 1080. & 1081. & 1082. & 1083. & 1084. & 1085. & 1086. & 1087. & 1088. & 1089. & 1090. & 1091. & 1092. & 1093. & 1094. & 1095. & 1096. & 1097. & 1098. & 1099. & 1100. & 1101. & 1102. & 1103. & 1104. & 1105. & 1106. & 1107. & 1108. & 1109. & 1110. & 1111. & 1112. & 1113. & 1114. & 1115. & 1116. & 1117. & 1118. & 1119. & 1120. & 1121. & 1122. & 1123. & 1124. & 1125. & 1126. & 1127. & 1128. & 1129. & 1130. & 1131. & 1132. & 1133. & 1134. & 1135. & 1136. & 1137. & 1138. & 1139. & 1140. & 1141. & 1142. & 1143. & 1144. & 1145. & 1146. & 1147. & 1148. & 1149. & 1150. & 1151. & 1152. & 1153. & 1154. & 1155. & 1156. & 1157. & 1158. & 1159. & 1160. & 1161. & 1162. & 1163. & 1164. & 1165. & 1166. & 1167. & 1168. & 1169. & 1170. & 1171. & 1172. & 1173. & 1174. & 1175. & 1176. & 1177. & 1178. & 1179. & 1180. & 1181. & 1182. & 1183. & 1184. & 1185. & 1186. & 1187. & 1188. & 1189. & 1190. & 1191. & 1192. & 1193. & 1194. & 1195. & 1196. & 1197. & 1198. & 1199. & 1200. & 1201. & 1202. & 1203. & 1204. & 1205. & 1206. & 1207. & 1208. & 1209. & 1210. & 1211. & 1212. & 1213. & 1214. & 1215. & 1216. & 1217. & 1218. & 1219. & 1220. & 1221. & 1222. & 1223. & 1224. & 1225. & 1226. & 1227. & 1228. & 1229. & 1230. & 1231. & 1232. & 1233. & 1234. & 1235. & 1236. & 1237. & 1238. & 1239. & 1240. & 1241. & 1242. & 1243. & 1244. & 1245. & 1246. & 1247. & 1248. & 1249. & 1250. & 1251. & 1252. & 1253. & 1254. & 1255. & 1256. & 1257. & 1258. & 1259. & 1260. & 1261. & 1262. & 1263. & 1264. & 1265. & 1266. & 1267. & 1268. & 1269. & 1270. & 1271. & 1272. & 1273. & 1274. & 1275. & 1276.

Rmo. P. D. ANSALDO DECANO

Montis Regalis Prioratus.

Luna 24. Januarii 1718.

Prioratum, seu simplex Beneficium à Juvenale de Boettis erectum sub invocatione S. Francisci in Ecclesia Parochiali S. Catharinæ loci Villæ Novæ cum reservatione Jurispatronatus activi primo loco ad favorem suorum filiorum masculorum proprio, & naturali nomine nuncupatorum, & successivè ad favorem omnium Descendentium ab eis, cum hoc tamen, quod præsentare semper deberet Senior in qualibet linea existens, cum Jure accrescendi inter ipsas lineas; & passivi ad commodum illorum de familia, & descendencia ipsius Fundatoris his verbis concepti: *Item quod existentibus illis, vel aliquo ex illis de ipsis familia, & descendencia masculina ipsis D. Donantis, necnon dictarum suarum filiarum, aut ipsius, & ipsorum Josephi, Annibalis, & Oddini de Coettis (servato tamen ordine, & qualitatibus superiorius in vocatione ad jupatratum expressis, nec alias aliter, nec alio modo) QUISINT CLERICI PRIMÆ TONSURÆ, VEL IN ÆTATE AD PRIMAM TONSURAM s̄ hoc maluerint, debeant in nominatione, & præsentatione, ad dictum Beneficium præferri aliis omnibus; & sic præsentatus, & nominatus debet omnino investiri de dicto Beneficio, & Prioratu, dummodo in ceteris adst habilitas sufficiens; Et inter plures in eadem linea & pari gradu, quod præferatur dignior, & habilius, & ubi non adst aliquis in dictis lineis, & descendentiis, qui velit, & possit admitti, quod tunc possit admitti quilibet alias extraneus: Quod de anno 1700. Christophorus Albertus Boettus obtinere poterat tamquam præsentatus à majori parte Patronorum, à Juvenale nempè Boetto Nepote ex Filio dicti Fundatoris, & ejus Fratre, & à Carolo Antonio ejus unico filio superstite ipsius Fundatoris, & Patruo dicti Christophori, ad exclusionem alterius Juvenalis pariter de Boettis, unicè præsentati à Joanne Aloysio de Boettis tamquam Seniore linea Marci alterius Fun-*

datoris; Nihilominus maluit potius illud recusare, & ad pecuniam aspirando, cedendo, mediante concordia inter ipsos inita, ad favorem Juvenalis præsentati ab unica tantum voce præfati Joannis Aloysii, omne suum Jus, quod vigore dictæ præsentationis ad dictum Beneficium habere valebat, in corresponditum excambium dictæ cessionis ingenitem accepit quantitatem pecuniarum librarum ter mille, & monetæ Romanae scut. sexcentum, ac etiam alias libras quinque mille, & monetæ Romanae scut. mille pro aliquibus prætensis creditis, quæ tunc temporis non erant debita, sed solum post obitum Tomasinae Uxoris supradicti Marci, ratione alicujus legati ob dictam causam anticipatè soluti.

Postquam igitur præfatas pecuniarum summas prædictus Christophorus fuerat consecutus intuitu supradictæ cessionis Jurium super Beneficio, seu potius revera cessionis Beneficii, quod erat indubitanter debitum ipsi cedenti, ex quo habebat duas ex tribus vocibus: Vacato nuper prænarrato Prioratu de anno 1714, non omisit pariter omnem movere lapidem, ad hoc ut idem Juvenalis ejus frater in hac quoque vacatione ipsum præsentaret, non obstante quod jam Beneficium prædictum in pecunia de dicto anno 1700. accepisset, & de facto ejus votis arrisit eventus; sed quia inter Patronorum cœtum aderat Joannes Antonius nunc Senior ex linea Marci, hic præsentavit Joannem Antonium ejus ex Fratre Nepotem primæ tonsuræ charactere insignitum, ac consentaneè ad præceptum Testatoris bonis moribus prædictum, qui non ignorando præsentationem prælaudati Christophori, sed agnoscendo se esse in paritate vocum cum ipso obtinere satagit, & obtinuit à S. Sede solitam Gratiam Apostolicam pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum, & quæ fuit debitæ executioni demandata.

Verum præfatus Christophorus, qui non valuit ab Ordinario variis, & justis de causis Clericatum obtinere nisi post biennium, eo obtento insurgendo contra prædictum Joannem Antonium dicti Beneficii possessorem, eo excluso, in possessionem ejusdem Beneficii immitti obtinuit in partibus, idèque reclamante

te Joanne Antonio, iste ex integro causa commissionem nostro Sacro Auditorio directam reportavit; Unde in hodierna Audientia ad formam dictæ commissionis proposito per me Dubio = *An Literæ Apostolicæ effent exequendas, seu potius an, & cui effet danda Institutio = Domini responderunt = Literas Apostolicas esse exequendas.*

Fundamentum enim hujusce resolutionis stetit in eo, quod cum præfatæ literæ Apostolicæ in sua narrativa compertæ fuerint in omnibus justificatæ, ex quo si 13 nè dubio memoratus Joannes Antonius præsentatus fuit per medietatem vocum, & sit unus ex descendantibus ex familia Fundatoris passivè vocatis, indè consequebatur, quod starte illarum justificatione, omnimodam mereantur executionem secundum ea, quæ passim respondit Sac. Tribunal, & signanter coram *Me in Romana Cappellunia S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Amaritudo, & in Bononien. Beneficiorum de Castello super executione literarum 12. Decembris 1712. §. De justificatione coram R. P. D. meo Crispo, & in Cremonen. Beneficii 9. Martii 1714. §. Constituit coram R. P. D. meo Lancetta.*

Neutquam attento magnificato pro parte Christophori objecto, quod jupatronatus passivum competat eidem Christophoro prælativè quoad D. Joannem Antonium, cum supposito quod Fundator dederit prælationem inter plures Seniori, & Proximiori; Et sic tantum absit, 14 quod dictæ literæ videantur justificatæ, quinimò cum dictæ qualitates Papæ reticitæ fuerint, subreptionis vitio laborent, & per consequens nullius sint efficaciam, ac inexequibiles, per *Text. exp. sum in cap. super literis, ubi Glossa, & communiter scribentes de rescript. Quoniam objectum prædictum nullam habet in facto subsistentiam, ex quo tale quid ex verbis fundationis non habetur in jurepatronatus passivo, licet legatur in jurepatronatus activo: In jurepatronatus enim passivo aliud Fundator non dixit = Quod existentibus illis, vel aliquo ex illis de ipsis familia, & descendantia masculina ipsis D. Donanti, necnon dictarum sacerdotum filiarum, aut ipsis &c. servato tamen ordine, & qualitatibus superiorius in vocatione ad jupatronatus expressis, qui sint Clerici Pars VI.*

Saltè primæ Tonsuræ, vel in etate ad pri-
mam Tonsuram, si hoc maluerint, debeant
in nomination, & præsentatione ad dictum
Beneficium præferri aliis omnibus, ET SIC
PRÆSENTATUS, ET NOMINATUS DE-
BEAT OMNINO INVESTIRI DE DICTO
BENEFICIO, & PRIORATU = Unde
15 cum Fundator vocaverit illos de ipsis
Familia, & descendantia masculina, non
immediatè, & directè, sed mediatè, & in-
directè, hoc est mediante facto Patrono-
rum, qui illos præsentare debebant ex illis
verbis = *Et sic Præsentatus, & Nomi-
natus debeat omnino investiri de dicto Be-
neficio, & Prioratu =* In his terminis si
de tempore præsentationis plures exi-
stant Consanguinei, licet inter ipsos di-
versa ætatis qualitas intercedat, si Patro-
ni præsentent, & præeligant ætate mino-
rem, præsentatio infringi non valet ex
oppositione alterius Senioris, ex ea viva
ratione; quod cum Patronus in hoc casu
habeat solam obligationem præsentandi
unum ex Consanguineis, absque ullo alio
vinculo, præelectio istorum prorsus de-
pendet ab arbitrio eorundem Patrono-
rum, nè aliæ libertas concessa Patronis
eligiendi intrà certum genus, remaneret
omnino frustratoria, & de vento, prout
remaneret admissa tali necessitate præ-
sentandi semper dignorem, quia ille qui
de necessè debet præsentari non indiget
Patronorum suffragiis, sed ex juris supple-
mento habetur pro Præsentato, ut aliæ
respondit Rot. in nullius, seu Orbitellæ, ju-
rispatronatus 13. Januarii 1696. §. Pri-
mo, coram Eminentissimo Scotto, & Tridenti-
na Cappellanie 5. Aprilis 1715. §. Verum-
tamen, coram R.P.D. meo Cerro.

Ad differentiam alterius casus, quan-
16 do illi de familia, & descendantia sint à
Testatore vocati immediate, & directè
absque facultate data Patronis de illis
præsentando, aut nominando, dirigendo
verba ad collatorem, quia in hoc thema-
te si duo concurrant, alter Proximior, &
grandior ætate, & alter remotior, & mi-
nor ætate, præstatio semper spectat ad
Proximiorem, sive dignorem juxta juris
dispositionem, de qua est *Text. in Canon.*
si forte distinct. 63. cap. 3. de jurepatronat.
De Luc. de linea legali artic. 24. num. 24.
verso. ego per transfo, cum aliis laudatis
per Rot. in Civitatis Castell. Canonica-
M m tus

tus 12. Martii 1714. §. Conciliari nihilominus, cor. Eminentiss. Scotto.

Ex prædicta igitur distinctione undique 17 que recepta cessare videbatur omnis difficultas, quod Testator etiam in jurepatronatus passivo requisiverit senioritatem, sed etiam eò magis omnis fugabatur ambago, introspecta litera ipsius Instrumenti fundationis, & observantia subsecuta. Ex litera enim habebatur, quod fundator in hoc jurepatronatus passivo pro prælatione nunquam consideraverit hanc senioritatem, sed potius contrarium dixerit demandando, ibi = *Quod inter plures in eadem linea, & pari gradu, quod preferatur dignior, & habilius* =; Ergo si fundator in passivo prælationem dedit digniori, & habiliori, non consideravit qualitatem Senioris, quia Senior est qualitas, quæ in uno tantum concurrit, & qui est senior potest esse non dignior, nec habilius, & consequenter inclusio unius qualitatis volitæ in prælatione ad passivum, excludit aliam qualitatem diversam senioritatis, in qua plures æquè seniores concurrere non possunt ex regula *Text. in leg. cum Prætor ff. de judic. Rota coram Ottobon. decis. 26. num. 10. & seqq., & in Tridentina Cappellania 5. Aprilis 1715. §. Juxta enim cor. R.P.D. meo Cerro.*

Observantia enim magis solemnis esse non poterat, quia proficisciatur ex facto 18 ipsius fundatoris, dum in prima vacazione ipse præsentavit unum ex filiis ærate juniores respectu aliorum, nempe quintogenitum, & deinde per ejus obitum quartogenitum, quæ observantia veluti proveniens ex facto ipsius fundatoris, dicatur interpretationum regina, & accipienda venit pro declaratione legis foundationis ab ipso datae, ut tradunt *Card. de Luc. de Benef. disc. 61. n. 31. versic. secundò ponderabam, Rot. in Sutrina Canonitatus 21. Junii 1706. §. final. cor. Eminentissimo Priol. & in Aenen. Beneficii 27. Julii 1706. §. Et quatenus, coram bo. mem. Kaunitz.*

Maxime quia præter observantiam 19 fundatoris concurrit etiam judicialis confessio ipsius Christofori facta in ultimo statu dicti anni 1700., in quo, ut supra præmisimus, fuerat præsentatus: In eo enim fassus fuit, quod fundator, ibi = *Ha dichiarato più volte in suo vivente, e*

doppo l'erezione seguita della Cappellania controversa, effer sua mente, che in caso di vacanza della medesima, si dovesse a quella presentare, & istituire una persona idonea de' suoi descendenti havuto riguardo ALLA SOLA IDONEITA', E CAPACITA', E BUONI COSTUMI, NON CONSIDERATA LA SENIORE ETÀ, E QUALITÀ SACERDOTALE =: Hæc autem clara confessio facta ab eodem Christophoro non oscitanter, sed judicialiter in positionibus in ultimo statu, expresse prohibet eumdem posse propriæ confessioni, propriovè Testimonio resistere, ut inquit *Text. in leg. generaliter Cod. de non numer. pecun., ibi = Iniquum enim esse putamus quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare Testimoniique proprio resistere =, & firmavit Rot. in Casertana Beneficii 27. Martii 1715. §. Superaccedente, coram Eminentissimo Scotto, & 15. Junii 1716. §. Altera autem, cor. R.P.D. meo Althann.*

20 Quibus præmissis insulstantabile quoque emicuit argumentum illud, quod sicuti in jurepatronatus activo vocatus semper fuit senior ad præsentandum, ita quoque in Patronatu passivo ex ipsa lege foundationis, ibi = *Servato tamen ordine, & qualitatibus superius in vocatione ad jus patronatus expresso = Quæ clausula servato ordine =, importet repetitionem omnium præcedentium qualitatum, ut in specie hujus clausulae notant Altograd. consl. 60. num. 105. & 108. lib. 2. Giovagnon. consl. 34. num. 24. versic. non obstat lib. 2. Ciriac. controv. 69. n. 39., quia relatio ad ordinem, & qualitates expressas in jurepatronatus activo, nullo pacto importare valet senioritatem illam, quæ congruebat activo, & non passivo. Nam in activo, vocatis sex lineis Patronorum, omnes gaudere poterant jure præsentandi, cum in unaquaque linea senior adesse debeat, non sic respectu passivi, ubi senioritas discretivè in qualibet linea, & in sensu distributivo sumpto, nequaquam applicatur, quia Beneficium non potest dari nisi uni, unde de necesse intrat conclusio, quod relatio intelligenda sit ad ea, quæ subjectæ materiæ applicantur, non autem ad ea quæ disconveniunt, ut dixit Rot. decis. 536. n. 81. part. 4. recent., & in specie in Rhegien. jurispatronatus, seu Cap.*

Cappellania 27. Junii 1708. §. Multoque minus, cor. Eminenissimo Priolo, & in Placentina Beneficii 2. Julii 1717. §. Nil pariter obstat, cor. R.P.D. meo Cerro.

Et in omnem casum si procedendum foret cum eadem methodo tenta per fundatorem in jurepatronatus activo, quod ex dictis impossibile redditur in jurepatronatus passivo, aliud dici non posset, nisi quod sicuti in jurepatronatus activo senior volitus fuit discretivè in qualibet linea, ita in jurepatronatus passivo eadem qualitas senioritatis exoptata fuisse distributivè in qualibet linea, eo ipso, quod de pluribus loquebatur non collectivè, & à toto genere sumptis, sed à diversis stipitibus, & lineis procedentibus, juxta ea, quæ notarunt Card. de Luc. de fideic. disc. 17. num. 8. 11. & 12. Rot. in Faventia jurispatronatus 12. Maii 1700. §. Quo vero cor. Me.

Exclusa ex prædictis hac qualitate minoritatis, minus obstat, quod requisita fuerit proximioritas ex supra relatis verbis: *Et inter plures in eadem linea, & pari gradu, quod præferatur dignior, & habilius*; Quia hæc verba quemadmodum non important, nec importare valent qualitatem senioritatis, tum ex virtute literæ, tum ex verisimili voluntate ipsius fundatoris, eminenter ex supra exposita observantia patefacta, ita nec importare valent prælationem proximiori, sed habent quidem diversum significatum omnino extraneum: Cùm enim fundator vocasset plures distinctas lineas efformandas à dictis ejus filiis, & successivè à filiabus, ac demum ab extraneis in jurepatronatus activo vocatis, & illos non respexerit collegialiter, & per modum unius, omni remota gradus prærogativa, indè considerando casum, quod in una, eademque linea possent adesse plures habitualiter, & potentialiter capaces, voluit, & ordinavit, quod inter istos plures in eadem linea existentes, & pari proximitatis gradu pollentes, esse præferendus dignior, & habilius, ut sine ope glossæ clarè demonstrant præcitata verba: *Quod inter plures in eadem linea, & pari gradu, quod præferatur dignior, & habilius*; Undè cum præsens facti thema non versetur inter plures de eadem linea, sed de diversa, cùm Christophorus præ-

Pars VI.

dictus descendat ab una, & Joannes Antonius ab altera, indè sequitur, ut pro extranea sit hæc Lex fundationis, quæ loquitur de concursu plurium in eadem linea existentium, & sat est in hoc casu data diversitate linearum, quod nullus alius dignior, & habilius de eadem linea concurrat cum D. Joanne Antonio, ex eo quia quando concursus est inter lineas, prærogativa gradus non servatur, nisi discretivè in qualibet linea, & unusquisque proximior in sua linea (in materia tamen indifferenti) succedit pariter cum altero proximiore, & de altera linea, licet inter eos gradus inæqualitas comparativè vigeat, ut bene firmant Card. de Luc. de fideicom. disc. 11. & 17. & num. 8., & alias dixit Rota in Bononiensi fideicommissi de Marsiliis 25. Januarii superioris anni §. Haud officiente cor. me, & in Perusina Canonicatus 5. Junii 1716. §. Cæterum, cor. R.P.D. meo Lancetta.

Suppositum igitur prædictum tam senioritatis, quam proximioritatis in lege fundationis repositum, quemadmodum ex hac tenus dissertis, omnino insubstiens detectum fuit, ita prælaudatus Joannes Antonius habens pro se gratiam Apostolicam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum, fundatissimum jus habebat, ad hoc, ut litera Apostolicæ debite executioni forent demandandæ; Sed quando etiam ille per malam hypothesim facti assentia non existeret præmunitus, adhuc in præsenti nil relevaret, ex quo prædictus Christophorus ex suo proprio, & particulari facto hujus Beneficii se incapacem reddidit, quia cum in dicto ultimo statu anni 1700. quamvis fuisse præsentatus per majorem partem vocum, attamen instructa lite coram Ordinario, maluit potius illi renunciare, & recipere in pecunia numerata loco ipsius Beneficii, per viam concordiæ scuta mille sexcentum monetæ Romanæ, quantum important libræ octo mille monetæ Sabauidæ; inde exorieretur quod cùm pretio mediante, cedendo juri, quod habebat super Beneficio, cuius virtute sibi debita erat Institutio, in substantia vendiderit Beneficium, & fecerit de illo mercimonium, ex dicta Beneficii venditione inciderit in detestabile Simoniae crimen, pro-

Mm 2 pter

pter quod amiserit vocem passivam, tali modo, ut prorsus redditus fuerit incapax, & inhabilis ad illud denuo assequendum, etiam ex vi novae Electionis, seu presentationis, ut bene firmat Passerin. de elect. cap. 7. n. 371. Sanchez consil. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 120. n. 37. Lamberlin. de jurepatr. lib. 2. part. 1. quest. 9. artic. 10. per totum, & extat Bulla S. Pii V. super qua Navar. in Summ. Bullar. part. 1. comment. 18. num. 1. & 11. Ubi quoad hanc poenam, ut quis remaneat incapax, nec possit promoveri ad Beneficium, firmat nullam esse differentiam inter Simoniacum notorium, vel occultum Rebuff. in prax. benef. tit. de Simon. resignat. n. 12. Corradin. in prax. Benef. lib. 4. cap. 5. n. 50. in fine verbo. ac proinde.

Præsertim quia hæc Simonia non probabatur per præsumptiones, aut conjecturas, sed per duo publica documenta, sive Instrumenta, in quorum primo rogaro 3. Junii 1701. Christophorus prædictus cessit Beneficio, omnique juri sibi competenti ad illud vigore suæ præsentationis, in excambium accipiendo prædictam ingentem pecuniarum quantitatem librarum ter mille tunc solvendarum, nec non aliarum librarum quinque mille, licet hæc non essent debitæ, nisi post obitum ejusdam Tomassiniæ tunc viventis pro quodam legato per ejus mortem purificando, & hoc \sqsupset A riguardo delle spese fatte (sunt verba præcilia) in detta lite, e nel dubbio evento della medesima, E PER OGNI RAGIONE potessè competere a detto Signor Christoforo Boetti a quello anche come sopra nominato in linea eguale, è per altri motivi per sua parte addotti \sqsupset Unde dubitari non potest de apertissimo contractu Simoniaco, tum ex prædicta anticipata solutione dicti legati, quæ est pretio estimabilis, tum etiam ex effectiva solutione dictarum librarum ter mille, nullum alium titulum præferente, quam venditionis hujus Beneficii, cum de cætero non liceat etiam in Beneficio litigioso cedere jura, & concordare pretio mediante, absque Beneplacito Apostolico, juxta Text. in cap. præterea de transact. Suarez de Simon. lib. 4. cap. 55. n. 17. lit. E. Monacell. in formul. for. Eccles. part. 1. tit. 7. formul. 2. n. 3. Rot. dec. 95. n. 3. par. 4. rec.

In altero verbo sub die 5. Septembris

anni 1702. facta extitit quietantia finalis 27 de omnibus pecuniis in præcedenti Instrumento Simoniaco promissis, & ideo concurrente effectuatione, & consummatione Simoniae, jure hæsitari non valet de reali, sive conventionali Simonia, quæ semper dicitur adesse, ubi post concordiam, sive cessionem, effectiva pecuniarum solutio intercedit, ut bene probant Gonzal. in cap. final. nam. 1. de Simon. Navar. in Manual. cap. 23. n. 103. Giballin. de Simon. quest. 1. n. 2. Reverendissimus Petra ad constitut. Apostol. tom. 4. fol. 501. n. 10.

Sentientes Defensores Christophori 28 vim, & efficaciam prædicti contractus Simoniaci, illud declinare studuerunt, respondendo, quod tunc prætensum Simoniae crimen objectabile sit, ubi agatur de conventione, sive transactione principali ter inita super ipso jure Beneficii, seclusus verò ubi, prout contigisse in casu ajebant, conventio unicè respiciat renunciationem litis, ac solutio, & respectivè receptio pecuniarum facta sit ad redimendas vexationes, & in compensacionem expensarum litis pro bono pacis, ad tollenda jurgia inter sanguine conjunctos, quia in hoc casu cessare omnem suspicionem Simoniae, & calumniosam esse diffamationem provenientem ex hoc facto licito, firmer Gloss. in cap. dilectus il 1. verb. recepit de Simon. Corrad. prax. Benef. lib. 4. cap. 5. sub n. 59. Rot. cor. Burratt. dec. 307. sub n. 5. Card. de Luc. de benef. dist. 79. n. 9. & melius de regal. dist. 47. num. 10.

Sed frustra, quia opinio dictæ Glossæ, quæ de cætero tunc solum locum sibi vindicat, quod quis foveat bonum jus, & certum, ita ut nullo modo dubitet de jure suo, & vexationes sint de facto à persona potentiori provenientes, in quibus terminis loquuntur auctoritates mox laudatæ, & quæ minimè congruunt nostræ hypothesi, ex supradictis nullo pacto in omnem casum procedere valeret in præsenti, in quo lis non agitur cum Juvenali Boetto pecuniam dante, sed cum Christophoro pecuniam recipiente, respectu ejus actus receptionis pecuniarum est semper Simoniacus, & iste est casus in jure, in quo potest quis dare pecuniam pro conservatione juris spiritualis quæsiti absque vitio Simoniae, & solum illam com-

committat, qui recipit, ex quo in hoc casu turpitudo est solum ex parte ipsius recipientis, ut egregie observat *Felin.* in d. cap. *dilectus de Simon.* ante n. 1. *Corrad.* in *Praxi Benef.* dicto lib. 4. cap. 5. n. 59. *versic.* secundus casus.

Neque dicta solutio considerabilis quantitatis pecuniarum referri valuit ad expensas in lite factas, quia in primis spatio sex mensium litis antequam Ordinarius dedisset alicui Institutionem, expensæ non poterant constitere nisi in paucis nummis, & sic non ascendere ad dicta scuta sexcentum, ut patet cogitanti; Ultra quod committitur Simonia, etiam si *datio pecunia facta* fuerit nomine expensarum litis, ut bene respondit *Alexander III.* in cap. cum pridem de pactis, ibi = *Cum pridem S. Clericus, & P. Clericus pro causa, quæ inter eos &c. super Ecclesia, & Cappella vertebatur, ad nostram præsentiam accessissent, inter se, non tamen Nobis mediantibus, convenerunt, quod eidem P. pro expensis, quas fecerat tres marchæ argenti conferrentur, & idem P. liti cederet &c.* Cumque compositionem istam auctoritate Apostolica pesterent confirmari, nos eam non duximus admittendam, pro eo, quod widebatur pravam illicitæ pactionis speciem continere = & firmat *Monacell.* in formul. for. Eccles. part. 1. tit. 7. form. 2. num. 2. *Pirr. Corrad.* in *praxi Benef.* dicto lib. 4. cap. 5. n. 58. *Rot.* in *Comen. jurispatronatus 3. Junii 1689.* §. *Crescit, coram bon. mem. Manuel.*, & *coram Dunoz.* dec. 490. n. 9.

Neutquam adversante quod dicti Textus censura in cap. cum pridem de pact. non possit procedere in præsenti casu, ex quo concordiam prædictam approbaverit Ordinarius, in quo themate, procul abesse videatur suspicio turpis pactionis inter partes, itaut pactum prædictum viribus subsistat; Etenim quidquid sit de illo articulo an Episcopus inter Colligantes, possit motu proprio, sive ex officio per viam concordiae ab ipso ordinata, seu per sententiam dare uni institutionem, & alteri pensionem reservare in quo affirmativam tuerentur *Gloss.* in cap. cum pridem de pactis in verbo non duximus ubi *Panorm.* sub num. 2. *Corrad.* in *praxi Benef.* lib. 4. cap. 5. n. 59. *versic.* secundus propositum; Negativam verò sententiam

tanquam veriorem strenuè defendit, ac probat *Fagnan.* in cap. nisi essent de præb. ex n. 40. ad plures seqq. usq. ad 65., quæ opinio est recepta in praxi.

Domini censuerunt hujusmodi articulum esse extraneum ab hujusmodi subiecto casu, ubi Ordinarius non fuit ille, qui decrevit concordiam, aut solutionem demandavit in causam expensarum, sed ipsæ partes antequam Ordinarius sententiam Institutionis ferret, sua sponte secum concordarunt, deveniendo ad concordiam, in qua Præsentatus cessit juri quod habebat in Beneficio ad favorem alterius, recipiendo turpem recompensam Simoniacam in magna pecuniarum quantitate, colorata ex causa expensarum, quæ nullæ aut modicæ erant, & ex dubio litis eventu, sed expressa etiam causa jurium super beneficio competentium Christophoro pecuniarum receptori, ibi = *Ariguardo delle spese fatte in detta lite, e nel dubbio evento della medema, e per OGNI RAGIONE POTESSE COMPETERE à detto Signor Christophoro Boetti &c. in quibus terminis nemo inter Doctores dubitavit conventionem esse Simoniacam juxta Text. in dicto cap. cum pridem de pactis cum supra allegatis;* Neque Episcopi approbatio, seu confirmatio in his terminis in quibus dicta pactione Simoniacam redolet pravitatem, ullius est momenti, quia Episcopus nullam habet facultatem approbandi concordias Simoniacas ita nuncupatas, quia sunt prohibita ab Ecclesia, sed requiritur authoritas Summi Pontificis, ut inquit *Fagnan.* in cap. non sine num. 3. & seqq. de arbitr. *Lotter.* de re benef. lib. 2. quæst. 29. num. 165. vers. horum, *Sanchez Consil. Moral.* lib. 2. cap. 3. dub. 120. n. 37. Et notum est quod sola Papæ authoritas vitium Simoniae purgare valet *Rot.* coram *Coccin.* dec. 40. n. 5., & dec. 1508. n. 4. *Lotter.* de re Benef. lib. 3. quæst. 29. n. 166.

Et ita cæteris omissis questionibus, tum quia literæ Apostolicæ compertæ sunt justificatæ, tum quia in omnem casum Christophorus non sit capax hujus Beneficii, & per consequens non legitimus Contradictor Joannis Antonii; Domini eas esse exequendas responderunt.

Utraque &c.

R.P.D.

R. P. D. ROVAULT DE GAMACHES

Auximana Jurispatronatus.

Luna 27. Junii 1718.

Persistentes hodie Domini In Decisis coram Me die 11. Martii proximè præteriti, iterum censuerunt exequendas esse Literas Apostolicas à Jacobo ab Aqua obtentas cum gratia pro præsentato intrà legitima tempora à mediata te Patronorum, à Philippo Antonio scilicet Patre, & à Canonico Servilio Patruo, quibus cum re vera competit medietas jurispatronatus Beneficii controversi nuncupat. *Donna Sororia* ercti ad Altare DIVI Joannis Euangelistæ in Cathedrali Ecclesia Auximi, ut jam dudum firmavit *Sacra Rota in alia Auximana jurispatronatus* 27. Junii 1701. cor. Reverendissimo Domino meo *Ansaldo Decano*, confirmata 9. Martii 1703. coram bon. mem. 33. Muto, nec in dubium revocetur Clericatus Jacobi, ejusdemque idoneitas, hinc sequitur, quod dictæ Literæ, veluti in omnibus justificatæ debitam, ac cele rem executionem mereantur juxta Text. in cap. si cap., ibique Glos. verb. exequatur de præben. in sexto, Rota coram Emerix jun. dec. 1287. num. 1. in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Et ad rem, cor. Reverendissimo Domino meo *Ansaldo Decano*, in Imolen. Cufodia 5. Junii 1706. §. Hujusmodi siquidem coram Eminentissimo Domino Cardinali Scotto, & in Abulen. Capellaniæ 31. Januarii 1718. §. Inconclusa, coram R. P. D. meo *Lancetta*.

Nec est cur obiciatur, eosdem Philip pum Antonium, & Canonicum Servilium Fratres ab Aqua post vacationem dicti Beneficii conventionem statim inivisse cum Alexandro de Florentiis Compatro no, præsentandi Josephum illius filium; Unde inferebatur, illis integrum non fuisse ab ea recedere, & loco Josephi, Jacobum præsentare, ut distinguendo simplicem promissionem factam Personæ præsentandæ, à promissione facta inter ipsos Patronos monent, *Rocch. de Curt. de ju repatronat. verb. honorificum quæst. 12. in fine, Lap. allegat. 78. n. 6. Lambert. de ju repatronat. lib. 2. part. 2. quæst. 7. art. 15.*

num. 2. & art. 16. sub num. 2. & 4., & per consequens literas pro Præsentato, reti cta hac promissione, à Jacobo obtentas subreptitias esse, atque inexecutibiles per Text. expressum in cap. super literis, ubi Gloss., & communiter Scribentes de rescript., *Rota in Montis Regalis Prioratus* 24. Januarii 1718. §. Neutiquam, coram Reverendissimo Domino meo *Ansaldo Decano*, cùm nunquam censeatur Summus Pontifex, concedendo gratiam voluisse Iudere jus tertio quæstum, ex notatis *A Rosa de execut. litter. Apostolic. part. 1. cap. 15. n. 150. & seqq. Ventrigl. in prax. part. 2. annot. 4. num. 75. Card. de Luca de Benefic. disc. 36. n. 18. Rota in Urgellen. Beneficij, seu *Canonicatus* 22. Junii 1716. §. Certius verò coram R. P. D. meo *Herrera*. Etenim objectum istud à quo pender præcipuum Causæ momentum. Deficit primo in antecedente, quia inter Fratres ab Aqua, & Alexandrum de Florentiis Patronos nil aliud fuit actum, quam tractatus super nominatione facienda ad Be neficium favore Josephi, ut indubiam fidem perhibet *Canonicus Garullus Me diator*, & confirmant duo alii Testes omni exceptione maiores; *Smplex autem* 35 tractatus circa Personam nominandam nulli jus tribuit, longequé distat à promissione de præsentando; multa enim quotidie tractantur, quæ postea non perficiuntur ad Textum in leg. multum interest l. si quis alter, vel sibi, leg. si voluntate Cod. de rescin. vendit. *Rota cor. Bich. decif. 411. num. 8. & in Romana, seu Januen. Pecunaria 2. Julii 1710. §. Neutrum, & §. Ita quoque, coram R. P. D. meo *Crispo*; Quibus sanè Testibus contraponi non merentur Testes à Josepho inducti ad docendum de perfectione tractatus, & de promissio ne præsentandi Josephum facta à Fratribus ab Aqua; Quia alter illorum est Pa ter, & alter Avunculus Matris dicti Josephi, alii verò sunt familiares. Ideoque iisdem in conflictu aliorum Testium contrarium deponentium deferendum minimè est, tametsi à Vicario Auximano examinati fuerint formiter super articulis, quia dictum examen peractum fuit tem porē, quo idem Vicarius nullam amplius habebat in Causa jurisdictionem propter appellationem à Jacobo, diebus ante interpositam, & qua attenta merito tan quam**

quam nullum, & attentatum circumscriptum deinde fuit à Signatura justitiae, remittendo Causam ad Sacram Rotam cum clausula \sqsupseteq Ex integro quoad omnes \sqsupseteq , suaptè natura præferente circumscriptiōnem omnium Actorum præcedenter factorum leg. cum non eo die Cod. quando procurat. non est necess. Gratian. discept. foren. cap. 734. n. 1. & 2. Rota in recent. decif. 68. num. 11. part. 16. Nilque turbat illa alia adjecta clausula \sqsupseteq Transportatis Actis \sqsupseteq Coram primo Executore, qualis fuerat idem Vicarius; hæc namque operatur, ut eadem Acta inservire possint in novo judicio, non tanquam Acta valida, sed loco jurium dumtaxat, ad differentiam alterius casus, quo Signatura rescripsisset firmis remanentibus Actis, ut advertit bo. me. R.P.D. Mafferius in suo Voto impresso apud Baldus. decif. & rer. judicat. tit. 4. de Dote decif. 6. n. 19.

Verumtamen quatenus etiam ex istiusmodi tractatu ulla oriri potuisset promissio, seu obligatio Fratrum ab Aqua præsentandi Josephum, adhuc nihil prorsus officeret ex triplici ratione, quarum prima est, quod eadem promissio pura, & absoluta nunquam fuit, sed conditionalis, & correspœctiva, nedum ad reservatiōnem Pensionis scutorum decem favore alterius ex filiis Philippi Antonii, de qua loquuntur ipsimet Testes Josephi; Verum etiam ad liberam dimissionem cuiusdam Domus ab Alexandro ejus Patre faciendam eidem Philippo Antonio, ut de facto proprio amplè testatur præfatus Mediator, confirmant relati duo alii Testes, & clare deponit etiam unus ex Textibus ab ipso Josepho examinatis super Articulo quarto, & quinto contra quem plenè probat Rota coram Celso decif. 3. num. 6. in recent. dec. 110. n. 3. part. 16. decif. 120. n. 8. part. 17. & decif. 409. num. 4. part. 19. Quamobrem cum, nec pensionis reservatio effectum habere potuerit ob defecutum Beneplaciti Apostolici intrà tempus quatrimestris à Josepho non impetrati, nec dimissio Domus sequuta unquam fuerit, ob renitentiam Alexandri, ut patet quoque ex fide dicti Mediatoris, & duorum aliorum Testium, dubio procul promissio Fratrum ab Aqua qualiscunque sit, ipso jure, & ipso facto resoluta remansit tanquam deficiente causa, sine qua fa-

cta non fuisset, Rota cor. Buratto dec. 649. num. 6. in recent. dec. 135. num. 17. par. 19. Et quidem rectè, quia nulla, æqui bonique ratio exposcebat, quod illi datam fidem servare tenerentur Josepho, & Alexandro, quando viceversa isti ex parte sua promissa implere noluerunt, ad tradita per Rebuff. de nominat. quæst. 17. num. 21. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 9. n. 240. Lambert. de jurepatr. lib. 2. part. 3. quæst. 2. art. 2. n. 27. Vivian. de jurepatr. lib. 12. cap. 5. n. 2. ,

Secunda ratio æquè valida est, quod dicta promissio fuit insuper nulla, veluti 37 pactionata, quod prohibitum est in Spiritualibus, & quod magis est etiam intrinsecè Simoniaca ratione correspœctivæ promissionis Pensionis, & dimissionis Domus, ex animadversis per Rotam in Montis Regalis Prioratus 24. Ianuarii 1718. §. Suppositum igitur, coram Reverendissimo Domino meo Ansaldo Decano. Ideoque per illum nullum jus acquiri potuit Josepho, per Text. in cap. præterea de transact. Corrad. in prax. Benefic. lib. 4. cap. 5. n. 56. Vivian. de jurepatr. lib. 9. cap. 3. num. 6. in fine, Rota in Mediolanen. Beneficij 7. Iunii 1715. §. Ulterius, cor. R.P.D. meo Criſpo, & 11. Decembris 1716. §. Et altera, cor. R.P.D. meo Cerro, non attenta reservatiōne Beneplaciti Apostolici, quæ regulariter præservat ab incursu Simoniæ, ea ratione, quod Contractus, hac conditio- ne, initus, ex contrahentium voluntate, pro non facto habetur, si Papa illum non approbat, Cardinalis de Luca de jurepatronat. discurs. 48. num. 1. & 2. Rota in rec. dec. 357. n. 12. part. 12. Nam cum beneplacitum non fuerit à Florentiis obtentum intrà tempus Quadrimestris, sed post annum circiter, utique simplex illius reservatio validam non reddit dictam promissionem, Lambert. de jurepatronat. lib. 2. part. 2. quæst. 3. art. 5. num. 4. vers. quo casu, & lib. 2. parte 2. quæst. 3. art. 9. n. 5. Garz. de benefic. par. 8. cap. 2. n. 3. Rot. cor. Bich. dec. 227. sub n. 32. vers. unde debuit cum aliis relatis in decif. que revidetur. §. Frustraque.

Imò verò si dicta promissio, veluti con- 38 tinens pacta Simoniaca erat prohibita, & in prohibitis, antequam Apostolicum Beneplacitum superveniat, contractus quicunque dicitur imperfectus, & nullus:

Idcir-

Idcirco fratres ab Aqua potuerunt, etiam durante quadrimestre, interim liberè pœnitere, & à dicta promissione resilire, *Salgad. in labyr. creditor. parte 1. cap. 33. n. 22. Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 14. num. 1. Card. de Luca de benef. disc. 5 1. n. 5. & disc. 79. n. 4. Rot. coram Puteo dec. 343. per tot. lib. 1. in correctis coram Dunozet. sen. dec. 52. n. 24. & 25.* Certius quia non obtento à Florentiis, ut evenit, intrà congruum tempus beneplacito Apostolico unà cum dispensatione super defectu legitimæ ætatis Josephi pro beneficio asequendo, eidem missa præsentatio pro futura haud fuisset, & quod magis est fratres ab Aqua, quatenus ad illam se restringissent, amississent hac vice jus præsentandi ob illius devolutionem ad superiorem *ad Text. in cap. nulla 2. de cons. præben. Garz. de benef. parte 10. cap. 3. num. 11. Rot. in Gerunden. benef. 3. Iunii 1712. §. Minime obstante, coram R.P.D. meo Falconerio Alma Urbis Gubernatore*, cui sanè periculo se exponere non tenebantur quando, ut dictum est, nulli inferendo injuriam, eis de jure licitum erat alium præsentare ex notatis per *Rot. in Colonien. Canonicatus primæ Gratia 13. Decembris 1709. §. Minorem, coram R.P.D. meo Lancetta, & decima Decembris 1710. §. Quo verò, coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano.*

Nec turbat responsio, videlicet beneplacitum Apostolicum, & dispensationem super defectu ætatis Josephi non fuisset intrà legitimum tempus impetratam propter impedimentum præstitum ex parte Jacobi in partibus, & propter oppositiones ab eodem factas in Dataria; quippe ultra quod statim post secutam prætentam promissione dictum Beneplacitum Apostolicum, & dispensatio obtineri potuisset à Josepho, non attento quod illa controverteretur à fratribus ab Aqua, asserta priora impedimenta cessarunt die 18. Julii anni 1716., eo quod omnia acta illuc facta, non progrediuntur ultra dictam diem, ideoque usque ad diem 21. Mensis Augusti sequentis, quo expirabat quadrimestre, plusquam congruus terminus adhuc superfuisset Josepho, unius nempe mensis, & ultra pro impetranda opportuna dispensatione, & Summi Pontificis beneplacito; Oppositiones verò in Da-

taria factæ à Jacobo, supervenerunt longè post elapsum quadrimestre; proindeque non factio Jacobi, sed potius negligentiæ ipsius Josephi adscribendum est, cur post annum dumtaxat obtenta fuerit dicta dispensatio, & beneplacitum, ut adverbit decisio, quæ revidetur §. *Frustra que.*

Tertia denique ratio tollens quamlibet difficultatem, ea est, quod promissio 39 præsentandi aliquem, utpote simplex destinatio Personæ præsentandæ, seu actus præambulus ad veram præsentationem coram superiore faciendam, nullum jus certum, & invariabile, neque in re, neque ad rem dat ad beneficium, *Lapus. allegat. 75. num. 3. & 6. Rot. in Melevitana Beneficii 10. Iunii 1712. §. His in jure, coram Reverendissimo D. meo Neocesarien. in Romana Cappellania 14. Maii 1714. per totam coram R.P.D. meo Lancetta, in Augustana Canonicatus 20. Martii 1716. §. Procedendo in fine, & 15. Februario 1717. §. Tantumque coram R.P.D. Crispo; Ideoque re integra, & antequam præfata promissio præsentandi Josephum exhibita fuisset Ordinario, seu Superiori habenti jus instituendi, potuerunt fratres ab Aqua, etiam ex hoc capite ab illa recedere, *Lambert. de jurepat. lib. 2. parte 7. quæst. 7. art. 2. num. 5. & art. 3. n. 1. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 6. sub n. 36. Vivian. de jurepat. part. 2. lib. 10. cap. 2. per totam, & præser- tim n. 4. Rot. dec. 52. n. 9. cor. Reverendissimo Domino meo Ansaldo Decano inter ejus impres. in recent. dec. 739. num. 14. & seqq. parte 18., & probat præterita decisio §. Immo verò.**

Ex quibus præsenti hypothesi non applicari noscebatur distinctio illa, quod nempe facultas resiliendi à promissione præsentationis nondum superiori exhibita, locum habeat modo promissio facta sit Personæ præsentandæ, at non etiam quando est facta compatrono. Etenim id non procedit, nec in promissione simoniaca, quæ quamvis jurata fuisset, semper, & indistinctè revocari potest, antequam superveniat Beneplacitum Apostolicum juxta authoritates superius allegatas, multoque minus in promissione, de qua agitur; ea enim, ut irrevocabilis redderetur, requirebatur ulterius quod fratres ab Aqua promittendo præsentare

Jo-

Josephum à se abdicassent etiam facultatem præsentandi alium mediante promissione præsentandi illum, & non alium, in quo sensu intelligendæ sunt authoritates in objectione allegatæ, ut explicat *Lambert. lib. 2. parte 2. quest. 7. art. 16. n. 1. de jurepat.*, & confirmatur exemplo donationis etiam juratæ jurispræsentandi, quod exerceri nihilominus potest à Donante priusquam accedit Ordinarii consensus, & approbatio, nisi donationi adjectum fuerit pactum de non revocando, neque contraveniendo, *Rot. coram Emerix. jun. dec. 149. n. 4. in Mantis. ad ornat. Card. de Luca de jurepat. decis. 27. tom. 4. in rec. dec. 80. n. 9. parte 17. & in Compostellana Parochialis 21. Iunii 1696. S. Quandoquidem, & 28. Iunii 1697. S. Non relevante cor. Eminentissimo D. Card. Priolo.* Cùm itaque Fratres ab Aquæ per dictam promissionem spoliati non remanserint facultate validè præsentandi alium; Ideoque firmum jus ex ea quæsumum non fuerit Josepho; nulla exinde pro excludenda subreptione aderat necessitas exprimendi Summo Pontifici eandem promissionem in literis gratiæ pro Præsentato à Jacobo impetratis; quia etiam si Papæ innotuisset, eum non retraxisset ab illius concessione *Rosa de execut. liter. Apost. parte 1. cap. 6. num. 36. & seqq. Rot. cor. Buratt. dec. 209. n. 3. in Augusta Canonicatus Provinciæ Mogontiæ 14. Martii 1710. S. fin. cor. Reverendis. Molines, & in Abulæ. Cappellania 31. Ianuarii 1718. S. Quovero, coram R.P.D. Lancetta.*

Hæc quoad literas Jacobi, quæ si ex hucusque deductis exequenda sunt, non est profectò cur sermo fiat de literis à Josepho longè post obtentis. Maximè quia exposita non fuit in illis præcedens gratia pro præsentato Jacobo elargita, & tunc temporis executioni jam commissa, quod exuberaret pro illarum subreptione *Rota in Volaterana Beneficii 7. Decembbris 1708. S. Deffituto, cor. R.P.D. meo Crispo; Atque etiam quia sunt innixa expressioni non veræ, quod ipse Joseph ab omnibus, vel majori parte Patronorum præsentatus fuisset, dum non aliam præsentationem ille numerare poterat, quam illam Alexandri Patris, qui solùm altera mediatae jurisperpatronatus potitur, ex quo facto Pars VI.*

resultat inexcusabilis obreptio, nullas, & irritas prorsus reddens easdem literas, *Rot. cor. san. mem. Gregor. XV. decis. 425. num. 3. & 4. & coram Bich. decis. 479. num. 3.* Et demum quia dictus Joseph incapax erat obtinendi beneficium Ecclesiasticum ratione defectus legitimæ exattis annorum 14. pro eo requisitæ à *Sac. Concil. Trid. sess. 23. cap. 6. de reform.* Idemque juvari nequit dispensatione; Cum illa quoque inefficax, & nulla sit, ut potè impetrata elapsa jam quadrimestre dato Patronis laicis ad præsentandum, *Corad. in prax. benef. lib. 4. cap. 6. n. 4. vers. quod quidem, & reticito in ea jure Jacobo perfectè quæsito vigore dictæ prioris gratiæ pro Præsentato, ut firmat decisio, quæ revidetur S. fin.*

Neque tot defectus sublati dici possunt ex relaxatione istarum literarum Josephi ab Eminentissimo D. Cardin. Prodatorio demandata, contradicente Jacobo. Si quidem id minimè congruebat stylo Datariæ, in qua tanquam in Tribunali gratioso partes Judicis non assumuntur, & propterea circa idem beneficium plures, & diversæ gratiæ petentibus quandoque conceduntur, remittendo tamen, ut in præsenti evenit, illarum examen ad Judicem, coram quo discuti debet an potius una gratia, vel altera sit exequenda, ut huic objecto aliæ respondit *Rota in Comen. Parochialis 10. Ianuarii 1707. S. Frustra, & S. fin. coram bo. ms. Caffarello, & alibi passim.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Nominatus, si donaverit Patrono Apparatum, quod erat de juribus Cappellaniæ, & obtinuerit subinde ab eo nominationem ad Cappellaniam, an sit reus confidentiæ simoniacæ.

SUMMARIUM.

- 1 *Ex quibus dignoscitur esse reus simoniacæ confidentialis?* & n. 2.
- 3 *Cappellaniam esse beneficium Ecclesiasticum, ex quibus resultat?* Vide ibi.
- 4 *Ad effectum incurriendi confidentiam Si-*

N n mō-

- moniacam, quid requiratur? vide ibi.
 5 Mutua causalitas inter donationem, & nominationem, ex quibus excludatur. Vide ibi.
 6 Vendere jus nominandi ad Cappellanias merè laicales est actus detestandus non verò simoniacus.

C A S U S II.

Sequens facti series exposita fuit in Sacra Congregatione Concilii die 13. Augusti 1718. in una Neapolitana prætensiæ Simonia. In instrumento stipulato die 18. Novembris 1707. Damianus Mastrota Sacerdos donavit donatione irrevocabili inter vivos Lucretiæ Appartamentum domus pertinens ad Beneficium, seu Cappellaniam sub titulo Annuntiationis, eaque moriente, ad donationem vocavit Michaelem ejusdem virum; idem Damianus donavit etiam prædicto Michaeli totum id, quod ab ipso tanquam à Patrone dicti Beneficii quolibet anno prætendere poterat pro juribus Sacrificiæ, Missarum cantatarum, & aliarum similium rerum, se obligando ad subeundum de proprio onera mox memorata, duabus super additis conditionibus, quarum altera fuit, quod hæ donationes durare deberent quoad usque Damianus persisteret in possessione beneficii, & altera fuit, quod in casu inobservantia exbursare teneretur scuta 50. Sacerdos verò Joachinus Villa, qui fuerat deputatus ad complenda onera Missarum annexa Cappellaniæ, five beneficio, quoad usque durasset absentia Joannis Pasquedæ, qui dictum beneficium five Cappellaniam obtinebat, fecit prædicti beneficii, five Cappellaniæ resignationem die 22. Novembris 1707.; Hinc Michael Serranus, & Antonia de Losa, ad quos jus nominandi ad Cappellaniam, five beneficium pertinebat, die 24. Novembris ejusdem anni 1707. deputarunt, & nominarunt Sacerdotem Damianum Mastrotam; ut ipse adimpleret onera Missarum, sub obtentu discessus Joachini Villæ à Civitate Neapolis, & quod ea ipsa die fuit admissa nominatio, & intrà terminum trium dierum fuit à nominato capta possessio. Præsupposita hac facti serie, quæstum fuit = *An constet de Simonia.*

- Andreas Assantes, qui prævia Patronorum nominatione, fuit ab Ordinario institutus, & Cappellaniam, five beneficium obtinuit tanquam vacans propter Simoniam à Damiano commissam, contendebat de labe Simoniacæ non esse dubitandum sequentibus suffultus rationibus, clarè, ac succintè relatis ab R.P.D. Lambertino Secretario, in *confueto folio impresso*; nimurum tum quia faciendo donationem Appartamenti, quod erat de iuribus Beneficii, five Cappellaniæ, & obtinendo subinde nominationem ad beneficium, five Cappellaniam, Simonia confidentialis reus esse dignoscitur ad Tramites Bullæ S.Pii V. 85. §.2. ibi = *Ad hæc plerique Ordinarii, & Collatores, ac etiam Patroni Laici curant deponenda Beneficia, ut fructus, seu pensiones, capiant eorumdem aliisque faciat ministrari* = Tum quia hoc idem crimen convincitur ex dimissione ejus, quod erat solvendum per Michaelem Patronum quolibet anno, pro jure Sacrificiæ, Missarum cantatarum, & consimilium rerum, ut probat *Textus Alexandri Tertii in cap. veniens 10. de test. & attest.* ibi = *Quod prius promisisset, quod unicuique Parochianorum Bariles vini remitteret, qui Sacerdoti ejusdem Ecclesiæ, qui pro tempore ibi serviret, consueverant pro Beneficio dari* =.
- 3 Absque eo, quod quidquam referat, quod non versamur in Beneficio Ecclesiastico, sed in Cappellania manuali, five Legato, & quod Sacerdos Damianus fuit nominatus, & deputatus per modum Provisionis, ut suppleret vices Villæ absentes, quasi quod ex his inferatur nullam sibi posse simoniam locum vindicare ex defectu subjecti. In eo enim quod attinet ad punctum Cappellaniæ, five Legati pii, respondet Assantes hic, & nunc agi de vero Beneficio, tum quia in Literis Apostolicis Innocentii X. illud fuit appellatum simplex beneficium Ecclesiasticum de jurepatronatus Laicorum, & in aliis Literis Apostolicis Innocentii XI. concessa fuit dispensatio super ætate ad beneficia Ecclesiastica requisita, tum quia nominati fuerunt ad ejus titulum ordinati, quod non contigisset in Cappellania purè laicali, & amovibili ad nutum, & tandem quia nominationes à Patronis fuerunt expletæ coram Ordinario, fuit ab

ab Ordinario concessa institutio, & coram Ordinario facta fuit dimissio, quæ omnia arguere dicenda sunt, veram beneficij qualitatem; In eoque, quod spectat ad deputationem Damiani, non in perpetuum, sed ad tempus, subdit Assantes id non excludere simoniam, cum unicè ad effectum simoniae videndum sit, an res, quæ fuit in contractu deducta, sit necnè spiritualis, sive Ecclesiastica, non autem an ingressus fuerit titulo institutionis, vel titulo administrationis, ut probat *Textus in cap. consulere de simonia.*

Ego verò studens in hac causa apud 4 eumdem R. P. D. Lambertinum, meum aperiendo votum, retribendum sentiebam *Negative;* Ad effectum enim incurriendi confidentiam illicitam, & simoniacam, sive simoniam, requiritur quod probetur mutua causalitas inter donationem, & nominationem, nimurum quod donatio Appartamenti, & aliorum jurium per Damianum Mastrotam nominatum fuerit facta favore Michaelis, & Lucretiae de Serrani Patronorum in præmium nominationis, & quod nominatio fuerit facta ab eisdem Patronis in præmium dictorum jurium, cum ex simplici donatione absque hac qualitate, seu absque hac mutua causalitate deduci non possit confidentia, sive simonia; eo quia, ut excludatur delictum simoniae semper facienda est interpretatio, quod munera, quæ antecedunt, aut subsequuntur actum nominationis, seu presentationis, proveniant ex mera liberalitate, & gratitudine nominati. *Lotter. de re benef. lib.3. quæst.29. n.47. & seq. Card. de Luc. de benef. disc.127. n.5., etiam si munera fuerint vicina, & proxima nominationi, cum ex simplici vicinitate actuum non inducatur simonia. Rot. dec.358. num.11. par.2. & dec.93. n.19. par.4. rec. & decis.171. n.9. & seq. coram Puteo.*

5 In casu præsenti non solum non pro-

batur hujusmodi mutua causalitas, verum etiam hæc excluditur ex eodem instrumento donationis; Ex hoc enim apparet Mastrotam devenisse ad hanc donationem ex mera liberalitate, & gratitudine, & ad subveniendum necessitati dictorum Patronorum; apparet etiam eumdem Mastrotam processisse per viam cessionis, & donationis jurium, & rerum penes ipsum jam existentium; seu ipsum fuisse nominatum, & deputatum ad dictam Cappellaniam ante expletam donationem, ut hoc idem desumitur ex confessione ejusdem Michaelis Serrani hujus criminis delatoris; ac proinde nullam intercessisse mutuam causalitatem, inter ejus nominationem, & donationem, maximè cum non doceatur de ullo, antecedenti pacto, sinè quo ex his, quæ postea sequuntur simonia non probatur. *Rodoan. de Simon. par.3. cap.24. num.1. Lotter. de re benef. lib.3. quæst.29. num.42. & seqq. Mobedan. decis.2. de Simon. Rot. decis.238. n.8. coram Ludovis.*

6 His accedit animadversio, quod videatur agi de Cappellania merè laicali, ut apparet ex ejus fundationis instrumento, in quibus terminis licet vendere jus nominandi ad illam sit actus omnino determinatus, & reprobatus, ut dixi *Par.II. Can.XII. & XIII. Cas.VII. n.8.* tamen non est actus simoniacus juxta Auctoritates *Cas.VII. n.5. relatas.*

Minimè adversantibus Apostolicis dispensationibus, & aliis actibus subsecutis; quia nihil magis commune est in Tribunalibus, quam quod Provisions Apostolicæ non immutent naturam, & qualitatem Cappellaniarum; tum quia constituta ex fundatione de qualitate Cappellaniæ merè laicali, subsequentes actus, utpote erronei non merentur attendi; ita ego in hac causa sentiebam; Sacræ tamen Congregationi Concilii placuit differre resolutionem, & retribuere ad mentem.

CANON X.

PIUS V. Constit. XXXVIII. §. 3. Bull. Rom. Tom. 2.

Ann. 1567.

Apostolicæ Sedis poscit Auctoritas: *Et infrā:* Nos considerantes, quod annatarum Communium, & aliorum jurium prædictorum exactio, in recognitionem universalis Dominii introducta, est antiquissima, quindenniorumque usus, & solutio ideo adinventi sunt, nè Camera prædicta in Monasteriorum, Prioratum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum unionibus, quæ amplius vacare non sperabantur, detrimentum aliquod pateretur; volentes Cameræ nostræ Apostolicæ, ac venerabilium fratrum nostrorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, nec non Dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Officialium participantium jura præservare, illorumque indemnitat consulere, ad omnē dubium, omnemque disputandi, & excipiendi occasionem tollendam, motu simili &c. omnia, & singula Monasteria, tam Sæcularia, quām quorumvis Ordinum Regularia, dummodo in libris ejusdem Cameræ taxata reperiantur, reliqua verò Monasteria, Prioratus, Præposituras, tam Sæculares, quam quorumvis Ordinum Regulares, necnon Dignitates, Personatus, Administrationes, Officia, & alia quæcumque Beneficia Ecclesiastica, etiamsi manualia, & de jurepatronatus existant, quorum fructus &c. summam 24. Ducatorum auri de Camera se. co. æst. valorem annum excedunt, à quocumque tempore citra, etiam ante fel. record. Martinum Papam Quintum similiter Prædecessorem nostrum, & per nos, & Successores nostros quibuscumque Cathedralibus etiam Metropolitanis, seu Collegiatis Ecclesiis, aut Capitularibus mensis, etiam pro quotidianis distributionibus, aut aliis usibus, necnon Collegiis, Universitatibus, Congregationibus quorumvis Ordinum, Monasteriis, Domibus, Hospitalibus, Fabricis, ac utriusque sexus Personarum, piis locis,

cis, quantumvis Privilegiatis, & exemptis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, Apostolica authoritate unita, seu alias quomodolibet, & quovis titulo obtenta, & possessa, sub literis Pauli II., & aliorum Prædecessorum hujusmodi comprehendi, & includi. Et propterea omnia, & singula Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Ecclesiarumque, Collegiarum Capitula, Congregationes, Universitates, Collegia, Hospitalia, & pia Loca, & quivis alii, in quorum favorem uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissions hujusmodi factæ reperiuntur quantumcumque, ut præfertur, exemptæ, & privilegiatae existant, etiamsi se superinde in Camera Apostolica non obligaverint, dummodo Monasteria, & Beneficia ipsa possideant ad solutionem Communium annatarum, & aliorum jurium prædictorum eidem Cameræ pro tempore præterito, salvis Collegii, & Officialium juribus quoad futura remanentibus, ratione unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & submissionum prædictorum singulis quindecim annis à die, qua illæ suum sortitæ fuerunt effectum, & alias juxta tenorem Literarum in forma motus proprii à Julio II. prædecessore prædicto, super applicatione quindenniorum prædictorum ejusdem Cameræ facta desuper emanatarum, faciendam teneri, & obligatos esse, & ad id per Sententias, Censuras, ut poenas in singulis Pauli II., & aliorum Prædecessorum hujusmodi literis contentas cogi, et compelli posse.

C A N O N X I.

SIXTUS QUINTUS *Constit. XXXIII. §. 2. Bull. Rom. Tom. 2.*

Cameræ nostræ Apostolicæ: *Et infra:* Præterea quoniam quindenniorum usus, & solutio ratione Beneficiorum unitorum constituta sunt, quia illorum vacatio amplius non speratur, & ut propterea damnum ex hoc Cameræ

Ann. 1586.

Apo-

Apostolicæ, & Collegio Cardinalium, & Romanæ Curæ
 Officialibus prædictis emergens sarcinatur: nos attentes,
 quod tantundem detrimenti Cameræ, Collegio, & Officia-
 libus præfatis ex unionibus, quæ ab Ordinariis Locorum, &
 aliis fiunt, provenit, ac propterea æquum esse censentes, ut
 quod in unionibus per Sedem Apostolicam factis obtinet;
 illud idem, & fortius in unionibus per ipsos Ordinarios fa-
 ctis, & faciendis observetur, licetque in Constitutionibus,
 & literis Prædecessorum præfatorum comprehendendi videa-
 tur, tamen, ut cuivis dubitandi occasio præcidatur, motu,
 et scientia similibus, ac de Apostolicæ Potestatis plenitudi-
 ne, tenore præsentium statuimus, decernimus, et declara-
 mus, quod uniones, annexiones, incorporationes, appli-
 cationes, et submissiones, de quibuscumque Beneficiis Ec-
 clesiasticis, tam sacerdotalibus, quam regularibus, etiam si Mo-
 nasteria Monialium, et Hospitalia fuerint, quæ tamen tem-
 pore ipsarum unionum cura, Conventu, et Hospitalitate
 caruerint, et quorum singulorum, vel si plura Beneficia
 unicis literis comprehensa sint, quorum quodlibet an-
 nus valor viginti quatuor Ducatos auri de Camera, se-
 cundum communem existimationem non excedat, dum-
 modo tamen omnium in simul illum transcendat, cuicun-
 que Ecclesiæ, Monasterio, Collegio, Domui, Societati, Con-
 gregationi, Ordini, Militiæ, Hospitali, Seminario, aut alii
 loco Pio, tam per quoscumque Rom. Pont. Prædecessores
 nostros, ac nos, nec non Sedis præfatæ Legatos, Nuntios, &
 alios quoscumque subdelegatos, & aliæs, quomodolibet Au-
 toritate Apostolica, quæm per quemcumque Loci ordina-
 rium in qualibet Mundi parte hactenùs factæ, & faciendæ,
 etiam si manualia, & de jurepatronatus Laicorum, etiam
 Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, Co-
 mitum, & aliorum Nobilium, & illustrium illa Beneficia
 fuerint, sub dictorum Prædecessorum Constitutionibus, ac
 declarationibus omnino comprehendantur, & includan-
 tur, ac ab omnibus comprehensa, & inclusa censeantur;

Et

Et propterea omnia, & singula Cathedralium etiam metropolitanarum, Collegiatarumque Ecclesiarum Capitula, Congregationes, Societates, Universitates, Collegia, Seminaria, Hospitalia, Monasteria, & pia loca hujusmodi, & quivis alii, in quorum favorem uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones hujusmodi factæ reperientur, aut post hac fient, quantumcumque exemptæ, & privilegiatae existant, etiamsi se superindè in Cam. Apost. non obligaverint, dummodo Beneficia ipsa possideant, ad solutionem quindenniorum præfatorum eidem Cameræ, & Collegio, & Officialibus, ratione unionum, annexionum, incorporationum, applicationum, & submissionum præfatarum, singulis quindecim annis, à die, quo illæ suum sortitæ fuerint effectum juxta tenorem Literarum Prædecessorum præfatorum super hoc editarum faciendam teneri, & obligatos esse, & ad id per sententias, Censuras, & pœnas in ipsis Literis contentas cogi, & compelli posse.

COMENTARIUM.

EX his Canonibus sequens deducitur conclusio.

BENEFICIA ETIAM DE JUREPATRONATUS SIVE ECCLESIASTICORUM, SIVE LAICORUM, ETIAM IMPERATORUM, RÉGUM, DUCUM, ET ALIORUM NOBILUM, ET ILLISTRUM, MONASTERIIS, AUT PIIS LOCIS PERPETUO UNITA, ET DE CÆTERO NON VACANTIA, QUINDENNIA REVERENDÆ CAMERÆ SOLVERE TENENTUR = Quam conclusionem probant etiam *Fagnan.* in cap. *præterea nè prælat.* vices suas num. 13. *Paris.* de *resignat.* lib. 4. quest. 10. n. 4. *Tondut.* de *pension.* cap. 10. num. 17. & 19. *Novar.* in *summa Bullar.* *comment.* 146. à num. 9. usque ad 17. *Lotter.* de *re benef.* lib. 1. quest. 29. num. 1. & seqq. *Barbos.* in *summ.* *Apostolic.* *decis.* collect. 626. per tot. *Card.* de *Luc.* de *benef.* *disc.* 89. num. 3. *Amayden.* de *stilo Datar.* lib. 1. cap. 18. §. 4. num. 1. & seqq. *Antonell.* de *tempor.* *legal.* lib. 2. cap. 25. num. 13. *Vermigliol.* *conf.* 476. num. 2. *Panimol.* *decis.* 4. num. 5. *Rot.* *dec.* 2. num. 14. *coram Cerro,* & *dec.* 1410. num. 1. & seqq. *cor.* *Seraph.*, & *dec.* 474. num. 19. *par.* 9. *tom.* 2. *rec.*

1. Summus Pontifex Paulus Secundus animadvertisens, quod ex unionibus Beneficiorum, & Ecclesiarum, quæ siebant Monasteriis, aut aliis Locis piis damnum in Officiales Sedis Apostolicæ derivabat, quia cùm non vacaret amplius beneficium, sive Ecclesia per obitum, Annatarum redditus exigere non poterant, ad resarcendum proinde prædictum damnum statuit in ejus Constitutione, quæ in *Bullar.* *nov.* *tom.* 1. est in ordine la 6. §. 4., quod singulis quindecim annis Monasteria, & quæcumque aliæ manus mortuæ, quibus unio Ecclesiarum, aut Beneficiorum facta esset, solverent Cameræ Apostolicæ ex bonis Ecclesiarum quamdam quotam, quæ à tempore, quo fieri debebat, quindennium dicta est; Ac insuper in §. 5. decretiv ad hoc eos, quorum interest, infra anni spaciū se in eadem Camera efficaciter, & cum effectu ad hanc solutionem obligare debere, & denique in §. 6., adjecit, si à solutione, aut obligatione præmissis cessa-

re

re præsumerent, uniones, annexiones, & incorporations hujusmodi haberi penitus pro infectis, & sic unita Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Dignitates, Personatus, Administrationes, Officia, & cujusvis qualitatis, aut generis beneficia hujusmodi tanquam verè vacantia posse liberè à Sede Apostolica impetrari.

Hanc Pauli secundi constitutionem post plures alios Romanos Pontifices, nimirum Iulium II. *Constit. 4.* Pauli IV. *Constit. 17.* *Bull. Rom. nov. tom. 1.* confirmarunt, & approbarunt Pius V. & Sixtus V. in his *Canonibus* illam extendentis etiam ad Beneficia Jurispatronus Laicorum, Imperatorum, Regum, Ducum, & aliarum Personarum Illustrium; moti ex eadem ratione relevandi videlicet Cameram Apostolicam à damnis, quæ patitur ex unionibus beneficiorum ad manus mortuas; Qui *Canones* fuerunt successivè etiam confirmati, & renovati ab Urbano VIII. *Constit. 26.*, & à Clemente X. *Constit. 50.* *Bull. Rom. nov. tom. 4.*

Quoad hanc conclusionem sequens examinatur casus.

ARGUMENTUM.

Beneficia Patronalia unita pro dote Monasterii an solvere debeant Quindennia; & de requisitis necessariis ad hoc, ut Beneficia unita manibus mortuis sint subjecta solutioni Quindenniorum.

SUMMARIUM.

- 1 *Usus Annatarum est antiquissimus.*
- 2 *Enumerantur species annatae.*
- 3 *Refertur sententia Vermiglioli cons. 746. num. 6.*
- 4 *Dotations Ecclesiarum debent esse exceptæ ab omnibus oneribus. Intellige, ut num. 11.*
- 5 *Annata, & quindennia sunt onera.*
- 6 *Quindennia an debeantur si concurrat observantia in contrarium.*
- 7 *Beneficia unita pro dote, sive augumento dotis Monasterii solvere debent quindennia.*
- 8 *Enumerantur requisita necessaria ad effectum, ut beneficia subjecta dicantur solutioni quindenniorum, & n. 9. & 10.*

CASUS UNICUS.

DE consensu Patroni unitum fuit Beneficium a cuidam Monasterio ex causa illius dotationis, sive augmenti dotis; Abbas autem successivè detractavit solvere Quindennia Rev. Cameræ ratione dicti beneficii, eo sub fundamento, quod illud esset unitum pro dote, sive augumento dotis ejusdem Monasterii;

Quæritur an idem beneficium in hoc casu sit subjectum solutioni quindenniorum?

Ut clarius hujusmodi quindenniorum natura, & qualitas dignoscantur, (latribus, & declamationibus, quæ in hac materia ab exteris, sive ex malignitate, sive ex ignorantia fieri solent, minimè attentis,) illud præsupponendum venit, quod Summi Pontifices tempore antiquissimo, & immemorabili in recognitio nem universalis dominii, quod habent super omainbus mundi beneficiis, exigunt ab eis vacantibus certam quantitatem fructuum primi anni, quæ *Annata* dicitur; & quidem hujusmodi exactio justissima est, & à Dominico præcepto procedere testatur *Apostolus*, 1. ad *Corinth. 9.* ibi. *Quis militat suis stipendiis unquam, quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit &c.* Et paulo inferius *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si carnalia vestra metamus?* Nescitis, quod qui in *Sacrario* operantur, quæ de *Sacrario* sunt edunt, & qui Altari deserviunt, de Altari participant.

2 Annata autem est nomen genericum continens in se plures species; Alia enim est annata proprie sumpta, quæ solvit pro beneficiis inferioribus, & est dimidia pars veri anni valoris fructuum beneficii vacantis; Alia est, quæ dicitur *Commune servitium*, eo quod ejus dimidium tribuitur Papæ, reliquum S. Collegio Cardinalium, & inter ipsos Cardinales præsentes dividitur, & quæ solvit pro beneficiis consistorialibus, & est quantitas certa pro quolibet Episcopatu, vel Abbatia consistoriali secundum antiquam taxam solvenda. Alia, quæ dicitur *minuta servitia*, quæ sunt quinque portiunculae.

- lx, quæ secundum proportionem taxæ fructuum Episcopatus, vel Abbatiae inter certos Papæ ministros, & Officiales distribuunt, & appellantur *Minuta*, quia sunt minutæ partes Annatae, & quia partituntur inter minores Ministros; *Alia*, quæ dicitur *Quindennium*, & est illa quantitas fructuum, quæ de quindecim, in quindecim annos pro beneficiis perpetuo unitis solvit ab illis in quorum favorem talia beneficia sunt unita.
- 3 His præsuppositis videtur præfatum beneficium in præsentiarum non esse subiectum solutioni quindenniorum, si quidem fuit unitum, & assignatum in dotem, sive in augmentum dotis Monasterii, quo stante, non comprehenditur sub dispositione horum *Canonum*, nec pro illo solvi debent quindennia, ut expressè tuetur *Vermigliol.* *conf. 476. num. 6.* ibi = *Siquidem has decisiones, aliasque autoritates in his quoque terminis Quindenniorum, ut exceptæ sint ab eis uniones factæ ex causa dotationis, vel augmenti dotis necessario pro sustentatione Cultus Divini* =.
- 4 Et quidem summa æquitate, nam creationes, & dotationes Ecclesiastum ex natura sua debent esse exemptæ ab omnibus oneribus, & gravaminibus tum secularibus, tum Ecclesiasticis juxta usum ab initio nascentis Ecclesiæ practicatum, de quo in *can. 63. Concil. Melden.* & *can. 50. Vormatiens.* cum aliis relatis per *Nicol. le Maystre de bon.* & *poss. Eccles. lib. 3. cap. 3. & Carol. de Frejnè in Gloss. tom. 2. vers. Mansus Eccl. pag. 399.*, & ita Sancitum habemus à Pontificibus in *cap. 1. de censibus*, & *cap. sancitum 23. quæst. 8. Fagnan.* in *cap. non minus n. 8. de immunit. Barbos.* vot. *decis. 41. num. 6.* & *collectan. Apostolic. 345. n. 6.* & *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 8.* Annatam verò, & quindennia onera esse non ambigitur. *Bursatt. conf. 126. num. 3. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 20. n. 24.* Hinc sicuti bona Ecclesiastica primæ creationis, & dotis non subjacent decimis, redecimis, subsidiis, & aliis Canonis contributionibus, ita nec debent subjacere quindenniis propter uniones debitum, sicuti nec subjacent regulis ipsis unionum revocatoriis. *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 29. num. 15. Turricell. de union. cap. 15. n. 40. Rot. dec. 982. num. 1. coram Seraph. & decis. 449. num. 6. coram*
- Pars VI.
- Cavaler.*, & *decis. 787. num. 1. coram Burrett.* & *decis. 57. num. 4. par. 2. & dec. 109. n. 14. par. 6. rec.*
- 6 Fortius si concurreret observantia plusquam centenaria non solvendi quindennia, quæ non solum demonstraret à parte rei indebitam esse omnem quindenniorum prætensionem, sed etiam conferret meliorem titulum de mundo, atque propterea Apostolicam exemptionem, etiam causa onerosa præsumibilem, ut tradunt *Card. de Luc. de regal. disc. 162. num. 9. & seq.*, & *de benef. disc. 39. num. 5. Vermigliol. dicto conf. 476. num. 9. Rot. cor. Seraph. dec. 1400. n. 8.*
- 7 Sed his non obstantibus censeo Abbatem præfati Monasterii teneri solvere quindennia pro dicto beneficio; Concurrunt namque omnia requisita necessaria ad effectum, ut beneficium subiectum dicatur solutioni quindenniorum; siquidem concurrit unio dicti beneficii facta Monasterio, quæ est unum ex requisitis ad solutionem quindenniorum, sive sit tituli extinctiva, sive æquè principalis, utroque enim casu beneficium unitum tenetur solvere quindennia, quia in utroque casu, verificatur quod non detur amplius vacatio per obitum, & quod non sit locus solutioni Annatae, quæ præcedenter ad statum unionis solvebatur, & quia in Bulla sexta Pauli Secundi statuitur quod quindennia solvantur de bonis Ecclesiastum, aut beneficiorum, quæ fuerint manibus mortuis unita, incorporata, annexa, applicata, atque submissa; Cum itaque hæc omnia differant inter se Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. S. 7. n. 155.* unionis verbum stat loco generis, cuius generis cuius species sunt incorporatio, annexio, applicatio, atque submissio. Incorporatio autem denotat unionem tituli extinctivam; annexio verò, applicatio, atque submissio, unionem æquè principalem, uti hæc omnia verba explicando prosequitur *Mandos. ad regul. Cancell. regul. 12. quæst. 1. à num. 3. usque ad finem*; proinde solutio quindenniorum debetur, sive agatur de unione tituli extinctiva, sive æquè principali.
- 9 Concurrit etiam excessus viginti quartuor ducatorum, dum fructus prædicti beneficii excedunt viginti quartuor ducatores, quod est aliud ex requisitis necessaria;

Oo rtis;

riis; etenim si beneficia (non computatis tamen distributionibus quotidianis , pro quibus non solvit annata , neque commune , & minuta servitia ;) non excedant viginti quatuor ducatos , pro eis non solvuntur annatae , & consequenter nec quindennia ; sic in Beneficiis Germaniae , quia ex Privilegio Apostolico in eis expressio veri valoris fieri solum- consuevit per non excessum 24. ducatorum , quamvis essent multo majoris valoris , de eis non solvit annata ; Et è contra si excedunt viginti quatuor ducatos solvere debent annatam , etiamsi essent beneficia jurispatronatus laicalis , ac Imperatorum , & Regum . Fagnan . in cap . præterea nè Præl . vices suas n.94. Lotter . de re benef . lib . 1. quæst . 29. num . 2. Tondut . de pension . cap . 10. n . 14. & seqq . Barbos . coll . lect . dec . 28 . n . 1. Rot . dec . 1410 . cor . Seraph .

10. Concurrit denique , quod idem beneficium ante ejus unionem solvebat annatam ; quibus omnibus concurrentibus necessariò dici debet subiectum solutioni

quindenniorum , juxta dispositionem horum Canonum , ob rationem in Commentario deductam , & Auctoritates ibi relatas .

11. Minimè relevante quod sxpè dictum beneficium sit unitum pro dote , sive augeamento dotis Monasterii , quæ debet esse exempta ab omnibus oneribus , & gravaminibus , quia exemptio ab oneribus , qua fruuntur bona dotalia , seu primæ creationis Monasteriorum , intelligitur de illis oneribus , quæ de novo impo- nuntur , non verò de oneribus realibus , & infixis eisdem bonis , uti est solutio annatae , quæ est realis , & infixæ fructibus be- neficii excedentibus annuos ducatos 24. illa enim transeunt cum eisdem bonis , uti testantur Abbas . in cap . novum genus sub n . 6. de decim . Rebuff . eod . tract . q . 5 . n . 20. Barbos . de jur . Eccles . lib . 3. cap . 26. § . 3. num . 11. Rot . cor . Zaratt . decis . 74 . num . 38. & coram Cerr . dec . 544. n . 16. & alii penes Rot . in Pampilonen . decimaru m 28. Januarii 1704. S. Bona enim , coram R . P . D . bo . me . Muto .

C A N O N XII.

PIUS V. Confit. XLVII. § . 4. & seq Bull. Rom. Tom. 2.

Ann. 1567. **A**d exequendum Pastoralis officii debitum vigilantibus studiis intendentibus: *Et infra*: Volumus insuper , & ita mandamus , quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinariorum Electionem , sed ad nominationem illorum , in quorum Ecclesiis unitis , ponentur , cum ipsorum ordinario- rum , seu eorum Vicariorum prævio examine , et approba- tione deputentur . Etsi dictæ Parochiales unitæ erunt Mo- nasteriis Regulárium Mendicantium , possint à superioribus dictorum Monasteriorum nominari ex ipsis Mendicantibus , quos si ordinarii prævio examine per se , aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam Animarum exercendam inven- rent , & ita pro idoneis approbaverint , teneantur in Vica- rios , ad nutum tamen superiorum suorum amovibiles de- putare . Idemque etiam servetur in Regularibus Monachis

tantum

tantum, dummodo in ea Parochiali, in qua unus ex Monachis fuerit, servata forma prædicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo saltèm quatuor alii ex dictis Monachis.

C A N O N XIII.

Idem Confit. CXXXIX. §. 2. Bull. Rom. Tom. 2.

Ann. 1571.

ET si omnibus universi orbis Ecclesiis divina dispositio-
ne præsidemus: *Et infrà: Idcirkò expediens, immò,*
& necessarium fore duximus, ut in singulis Basilicis, &
Ecclesiis prædictis singuli Vicarii perpetui, congrua fru-
ctuum, & proventuum portione, qua honestè sustentari
valeant, eis assignata, prout in Sacro Concilio Tridenti-
no, & aliàs à nobis per nostras literas statutum est, po-
nuntur, & deputentur, qui animarum Curam hujusmodi
eò diligentius, ac vigilantius gerant, quo magis eam pro-
priè ad se pertinere, & sibi incumbere noverint. Qua-
propter, & ejusdem Concilii, & nostris hujusmodi statu-
tis inhærentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia,
ac de Apostolicæ Potestatis Plenitudine in singulis ex Ba-
silicis, & Ecclesiis supradictis, singulas Vicarias perpetuas
pro singulis Vicariis perpetuis, qui Curam Animarum Ba-
silicis, & Ecclesiis respectivè incumbentem gerere, ac Sa-
cramenta Ecclesiastica ibi ministrare, Missas celebrare, &
alia juxta providam ordinationem pro tempore existentis
in Urbe Vicarii nostri in Spiritualibus Generalis, cuique
assignanda onera subire debeant, ad nominationem dictorum
filiorum Capituli cuiuslibet ex eisdem Basilicis, & Ec-
clesiis, quæ nominatio sit ex numero approbatorum ab
eodem Vicario, prævio illorum examine, coram Examini-
natoribus ad id in ipsa Urbe deputatis per dictum Vicarium,
seu Vicarii Vicesgerentem, instituen. ponen, & deputan. per-
petuò erigimus, & constituimus.

COMENTARIUM.

Ex his Canonibus sequentes deducuntur conclusiones.

Prima = VICARIIS ECCLESiarum PAROCHIALium UNITARUM DEPUTARI DEBENT AD NOMINATIONEM ILLORUM, IN QUORUM ECCLESIIS UNITIS PONUNTUR, PRÆVIO EXAMINE, ET APPROBATIONE EPISCOPI =.

Secunda = IN UNDECIM ECCLESIAIS ALMÆ URBIS DEPUTANDI SUNT TOTIDEM VICARIIS PERPETUI, ASSIGNATA EIS CONGRUA SUSTENTATIONE, AD NOMINATIONEM CUJUSLIBET CAPITULI EX EISDEM ECCLESIIS, PRÆVIO EXAMINE CORAM EXAMINATORIBUS IN URBE DEPUTATIS =. Quæ conclusiones probantur etiam ex Concilio Tridentino cap.7. sess.7. de reform. & cap.11. sess.25. de regul., & eas sequuntur Cochier. ad regul.8. Cancell. gloss.1. num.8. in fin. Turricell. de unione cap.4. n.55. Rot. dec.62. n.2. & dec.886. n.8. & seq. cor. Cerro, & dec.214. num.1. cor. Burratt., & dec.595. n.3. cor. Cavaler. & in Fanen. jurisdictionis 5. Junii 1705. §. Qua unione, & §. Cum ergo, coram bo. me. R.P.D. Caffarello, & in Novarien. Parochialis, seu Vicaria S. Martini 22. Junii 1705. §. Fundamentum, coram bo. me. Eminentissimo Caprara, & in Tarrenconen. Parochialis de Vimbodino 15. Januarii 1706. superius impress. Part. 2. Can. 21. cas. 14. num. 23. & aliaæ Auctoritates ibidem relatæ num.6., & in Forolivien. Parochialis 26. Aprilis 1706. §. Prout neque urget, cor. bo. me. Omaña, & in Frisingen. jurisdeputandi Curatos 24. Martii 1713. §. Complicato, cor. R.P.D. Ansaldo impress. Par. I. Can. V. cas. 14. num. 12. & in Compostellana Parochialium 13. Martii 1716. §. Justificatio, coram R.P.D. eodem.

1 Salubriter providens D. Pius Parochialibus unitis Cathedralibus, Collegiatis, Monasteriis, aliisque Ecclesiis aut Locis, disposuit ibi ponendos Vicarios perpetuos, prævio examine, & approbatione Episcopi, ac assignatione congrua ad nominationem eorum, qui representant Cathedrales, Collegiatis, Monasteria, aut alias Ecclesiis, quibus eadem Parochiales sunt unitæ, exceptis Parochialibus pleno jure unitis Monasteriis Mendicantium, & Monachorum, in quibus permisit Superioribus posse nominare, & deputare Vicarios Regulares proprii ordinis ad eorum nutum amovibiles, uti habetur in hoc Canone XII., qui quidem non fuit revocatus per successivam Constitutionem nonam. Gregorii XIII., de qua Bull. Rom. tom.2. nisi in ea parte, in qua disposuerat Vicarium Regularem sumere debere secum in socios quatuor Monachos, disponendo sufficere, unum dumtaxat socium, ut animadvertisunt Gonzal. ad regul.8. gloss.5. §.4. n.79. Cherubin. in compend. Bull. ad hanc Conflit. 47. S. Pii V. schol. 1. Rot. dec. 88. n.17. & seqq. par. 9. tom. 1. rec. & dec. 886. n.8. & seqq. cor. Cerro, & dec. 12. sub n.8. post Monacell. in formul. tom. 2. & in dicta Frisingen. juris deputandi Curatos 24. Martii 1713. §. Et secundo, coram

2 R.P.D. Ansaldo. Nimirum voluit quod Capitulum Cathedralis, sive Collegiatæ, aut Abbas tradat Vicario electo nominationem in scriptis, ab illo præsentandam Episcopo, ut penes acta remaneat, cui Episcopus, prævio examine, ad curam Animarum idoneo reperto, facultatem in scriptis illam exercendi tradere debeat, & Vicarius testimonium hujusmodi facultatis ostendere Abbat, & prævia Sacrae suppelletilis consignatione sola per Abbatem, vel ejus ministros facienda Vicariæ possessionem capere teneatur, uti explicat Rot. dec. 15. n.46. & dec. 85. n.23. cor. Peutinger., & in Fanen. jurisdictionis 5. Junii 1705. §. Cum ergo, cor. R.P.D. Caffarello. Successivè etiam animadvertis in Parochialibus Ecclesiis Almæ Urbis, ob Parochiarum amplitudinem, Animarum curam, ab iis, ad quos ea spectat, sèpè negligi, instituit undecim Vicarias perpetuas in totidem Basilicis, & Ecclesiis ejusdem Urbis cum assignatione portionum, & obventionum pro singulis earum, videlicet in Basilica S. Joannis Lateran. & Principis Apostolorum de Urbe, item S. Mariæ in Via Lata, & ejusdem S. Mariæ Transtiberim, & S. Laurentii in Damaso, & S. Marci, & S. Angeli in foro Piscium, nec non S. Quirici in Montibus, & S. Nicolai in Carcere Collegiatæ, S. Blasii della Pagnotta, & S. Catharinæ della Rota; concedendo facultatem nominandi Vicarios perpetuos cuilibet Capitulo ex eisdem Basilicis, & Ecclesiis, ex numero tamen approbatorum ab Eminentissimo Vicario, prævio illorum examine coram Examinatoribus ad id in ipsa Urbe deputatis per eundem Eminentissimum Vicarium, seu ejus Vicesgerentem.

D

De hujusmodi Vicariis deputandis in Ecclesiis Parochialibus pleno jure unitis Monasteriis Regularium; & de congrua eis assignanda jam nonnulla superius tetigimus *Part. II.* *Can. XXI. Cas. IV. & Par. IV. Can. I. Cas. II.* Quoad verò nominationem eorumdem Vicariorum in Parochialibus unitis, sequentia adduntur.

ARGUMENTUM.

An nominatio Vicarii in Ecclesia Parochiali unita Capitulo Cathedralis spectet ad idem Capitulum, etiam si fuerit sequuta vacatio in mense reservato. Et an Vicariæ unitæ provideantur per concursum.

S U M M A R I U M.

- 1 Parochialis vacans in mense reservato, est Sedi Apostolica libere reservata, & est conferenda per concursum. & n. 2. Limitata, ut n. 4. & 6.
- 2 Curam habitualem existere penes Capitulum, ex quibus resulset. Vide ibi.
- 3 Parochialis unita Capitulo aut alteri loco pro, est providenda ad ejusdem Capituli, seu aliorum nominationem, etiam si vacaverit in mense reservato. ut n. 6. & 19.
- 4 Quando concurrerit reservatio specialis, Parochialis unita est conferenda per Summum Pontificem absque ulla nominatione Capituli, aut Abbatis. & n. 20. & 26.
- 5 Parochialis, seu Vicaria unita non est conferenda per concursum.
- 6 Capitulum, vel Abbas, an in nominationibus Vicariorum ad Parochiales unitas uti possit verbo deputamus.
- 7 Admissa per Summum Pontificem resignatione Parochialis, seu Vicaria unitæ Monasterio, cum prohibitione nè aliis pro ea vice disponat, non potest Abbas ad illam nominare; etiam si Bullæ Piana non fuerit specialiter derogatum. & num. 21. & 22.
- 8 Papa in admissione resignationis Parochialis unitæ Monasterio, non præsumitur præjudicare voluisse Abbatii, nisi fuerit facta mentio unionis.
- 9 Scientia unionis Parochialis Monasterio, seu pertinentia nominationis Vicarii ad Abbatem, ex quibus præsumatur in Papa? vide ibi & n. 12. 13. & 14.
- 10 Beneficia unita non sunt reservationibus subjecta.

- 16 Verba nominatio, præsentatio sèpè accipiuntur pro synonymis.
- 17 Instantanea correctio nunquam præsumitur, sed quantum fieri potest, est evitanda.
- 18 Clausula, dummodo collatio ad nos hanc vice pertineat, jura inferioris Collatoris præservat.
- 22 Vicaria dimissa in manibus Pontificis ad favorem certarum Personarum, juxta stylum Datariae, & Cancellariae liberè per Sedem Apostolicam conferuntur Resignatariis, absque ulla nominatione eorum, ad quos spectat nominare Vicarios, & absque speciali derogatione Bullæ Piana.
- 23 Styli probatio quando concurrere dicatur.
- 24 Ad probationem stylis an requiratur, quod ipse sit canonizatus in contraditorio iudicio.
- 25 In provisionibus beneficiorum resignatorum jurispatronatus laicalis, apponitur clausula de consensu Patronorum; securus se beneficia resignata sint jurispatronatus Ecclesiastici.

C A S U S U N I C U S.

- V
- Acata Parochiali unita Capitulo Cathedralis in mense Januarii, Canonici capitulariter congregati nominarunt in Vicarium quemdam Sacerdotem, cuius institutioni se opposuit Episcopus, eo sub motivo, quod dicta Parochialis utpote vacata in mense reservato sit per Sedem Apostolicam liberè absque ulla nominatione conferenda, prævio concursu ad formam Concilii Tridentini; Quæritur an hujusmodi Parochialis sit eidem S. Sedi liberè reservata, & an sit conferenda per concursum?
- 1 Affirmativam resolutionem dubii, quo ad utramque sui partem prima facie suadent circumstantia temporis vacationis Parochialis, seu Vicaria, & illius qualitas, & natura; Siquidem ipsa vacavit mense Januarii ex vi Regulæ IX. reservato, & est jurispatronatus Ecclesiastici, cum nominatio spectet ad Capitulum Cathedralis; ac habet annexam curam Anmarum;

marum; nullum proinde dubium videtur esse posse quin sit reservationi mensium obnoxia ad tramites ejusdem Regulæ IX. de qua infrà *Can. XXIII.* ibique *Gonzal. gloss. 18. nu. 6. Garz. de benef. par. 1. cap. 5 n. 472. Rot. decis. 415. nu. 6 coram Bich. & decis. 307. num. 6. coram Peutinger. & in Cracovien. Cantoriæ 25. Januar. 1700.* §. *Quamvis coram R. P. D. Lancetta, & in Leodien Beneficii. 29. Novembris 1706.* §. *Minusque coram bo. mem. Omanna, & in Abulen. Cappellaniae 26. Januar. 1715.* §. *Reservatio coram Eminentissimo Scotto;* 2 ac quin sit conferenda prævio examine per concursum juxta censuram, & præscriptionem Sacri Concilii Tridentini cap. 18. *Jeff. 24.* de quo supra *Par. V. Can. X.* & auctoritates ibi in *Commentario* relatas.

Sed veritas est in contrarium; Agitur enim de Ecclesia Parochiali unita Capitulo Cathedralis, seu de præexistentia curæ habitualis penè Capitulum, ut 3 apertè resultat, tum ex ipso instrumento unionis, tum ex conjecturis, & præsumptionibus, nimirum ex eo, quod Capitulum assignet provisio de dicta Parochiali domum ad habitandum, & consignet suppelletilia sacra cum obligatione illa restituendi Capitulo; & idem provisus promittit, ac jurat, quod erit fidelis, & obediens, & quod bona Parochiali conservabit, & non alienabit, absque Canonorum consensu, ac licentia; Ex quibus actibus denotari curam habitualem residere penè Capitulum, & solum exercitum curæ penè provisum existere docent *Lotter. de re benef. lib. 1. cap. 14. n. 94. Rot. decis. 252. nu. 8. & seq. coram Priolo, & decis. 75. n. 6. coram. Carill. & dec. 48. nu. 5. par. 10. & decis. 516. nu. 8. & seq. par. 18. rec. & in Novarien. Parochialis, seu Vicariæ S. Martini 22. Junii 1705.* §. Secundo coram bo. mem. Eminentiss. Ca- 4 prara; Unde sequitur, quod hujusmodi Parochialis, seu Vicaria providenda sit ad nominationem ejusdem Capituli juxta claram dispositionem horum *Canonum*, & auctoritates ibi in *Commentario* allatas.

Nullatenus adversante, quod eadem Parochialis vacaverit in mense reservato; ex hoc non sequitur, quod sit liberè reservata Sedi Apostolice, seu quod non

sit providenda ad nominationem Capituli; Duplex namque distinguenda est reservatio, alia est generalis, ut est illa mensium, & alia specialis proveniens ex appositione manus Pontificis, cum prohibitione ne alias preter ipsum, ea vice, de beneficio disponat. Quamvis Ecclesia Parochialis unita Capitulo, aut Monasterio, aut aliis locis piis, quando concurret reservatio specialis, sit liberè providenda per Summum Pontificem absque 5 ulla nominatione Capituli, aut Abbatis, 6 tamen quando concurret reservatio generalis, prout in præsentiarum, provisio fieri debet prævia Capituli, sive aliorum nominatione, ut bene distinguendo firmat *Rota in Forolivien. Parochialis 26. Aprilis 1706.* §. Prout neque coram R.P.D. bo. mem. Omanna inferius impress. & novissimè in *Compostellana Parochialium 13. Martii 1716.* §. Non attento coram R.P.D. Ansaldo ibi = Non attento, quod vacatio sequuta fuerit in mense reservato, namque Divus Pius huic etiam providit casui, declarando Parochiales unitas vacantes in mense reservato esse providendas ad nominationem Abbatis, solummodo reservato interesse *Dataria* mediante ea lego, quod nominatus in Parochium, seu Vicarium, novam teneatur expedire provisionem Apostolicam, qua propterea stante clara declaratio Vicarius vacatas in mensibus sub reservatione cadentibus spectare ad nominationem Abbatis perpetuo tenuit nostrum Auditorium =

7 Qua stante unione, ac præexistentia curæ habitualis penè Capitulum, sequitur etiam, quod eadem Parochialis non sit conferenda per concursum, sed solum prævio examine, & approbatione Episcopi, dum in provisionibus Parochialium unitarum, seu Vicariarum excluditur concursus juxta dispositionem hujus *Canonis XII.* & tradunt *Lotter de re benef. lib. 1. cap. 14. nu. 96. Rot. decis. 88. nu. 1. & seqq. par. 9. & decis. 48. n. 2. par. 10. & dec. 5 16. n. 1. par. 18. rec. & in Novarien. Parochialis, seu Vicariæ S. Martini 22. Junii 1705.* §. Fundamentum coram bo. me. Eminentiss. Caprara. Concilio Tridentino ubi supra minimè obstante, quia illud procedit in Parochialibus non unitis.

8 Quæro hic, an Capitulum, seu Abbas in nominationibus hujusmodi Vicario- rum

rum uti possit verbo *deputamus*. Respondeo affirmativè, dummodo ponatur post verbum *nominamus*, interjecta particula *seu*, ac si diceretur *nominamus*, *seu deputamus*, quia in hoc casu verbum illud *deputamus* non importaret institutionem auctorizabilem, quam concedere est solius Episcopi, sed importaret puram nominationem, ut optimè animadvertis Rot. *decis. 595. coram Cavaler. & decis. 64. n. 1. & decis. 858. n. 2. & decis. 886. n. 8. coram Cerro, & decis. 883. coram Emerix. junior. & in Fanen. Jurisdictionis 5. Junii 1705. §. Verum coram bo. mem. R. P. D. Caffarelo.*

R. P. D. O M A N N A.

Forolivien. Parochialis.

Luna 26. Aprilis 1706.

Per resignationem Parochialis Ecclesiæ Vicaria nuncupatae S. Laurentii in Noceto in manibus SS. D. N. factam, per Josephum Paganum fuit de illa veluti apud Sedem vacante per Datariam propositus Jo: Andreas Gulfarellus cum expressa clausula, *quod nullus de illa præter Sanctitatem Suam ea vice disponere potuerit, reservatione, & decreto obstantibus &c.* fese autem in Dataria huic provisioni opponente Abbatem S. Mercurialis Forolivii suæ Mensæ Abbatiali memoratam Parochiale unitam prætendente, cum eo interim fato cesserit idem Joseph resignans, Abbas prædictus ad eandem Parochiale nominavit Paulum de Piis, qui sub narrativa, quod ageretur de Vicaria Parochialis Ecclesiæ perpetuò, & canonicè unitæ Monasterio S. Mercurialis, literas Apostolicas desuper expedivit. Remissa proinde per Eminentissimum Prodatarium cognitione ad Tribunal nostrum super præponderantia alterutrius provisionis proposui Ego sub die 25. Februarii proximè præteriti dubium *An. & quæ literæ Apostolicae sint exequenda*, sed tunc ob suffragiorum disparitatem dilata illius resolutione, hodie Domini concordarunt in rescripto: *Exequendas esse literas Jo: Andreae.*

⁹ Superflua visa fuit indago super subsistentia præsuppositæ unionis, quam par-

tes hinc inde assumpserant in præterita propositione, & in qua etiam hodie Defensores Abbatis insistebant; nam unione prædicta etiam citrè veri præjudicium admissa, cùm tamen Summus Pontifex admittendo Vicariæ dimissionem in ejus manibus factam, dixerit quod illa *apud Sedem vacaverit, & vacet ad præsens, nullusque de illa præter nos bac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione, & decreto obstantibus supradictis*; per hanc utique specialissimam reservationem literæ provisionis Jo: Andreæ debent in executione prævalere aliis per Paulum in sequelam nominationis dicti Abbatis expeditis, cum eadem specialis reservatio sustulerit, cujusque alterius inferioris collationem nominationem, aut jus aliud quodcumque, omnimodamque, & liberam dispositionem tribuerit Apostolicæ Sedi, ut in hisce individualibus terminis firmavit *Rota in Lauden. Vicaria 29. Martii 1694. §. Reservatio, & 14. Junii ejusdem anni §. Ex decreto coram R. P. D. meo Caprara in Valentina Vicaria 7. Junii 1694. §. final. coram bo. me. Ursino, nunc impresa post Antonell. de jur. & oner. Clericor. in ordine la. 9. & in Hildesimen. Beneficii 13. Maii 1697. §. Validitas coram R. P. D. meo Priolo.*

¹⁰ Neque obstat, quod in resignatione facta non fuerit mentio dictæ unionis, qua cessante deficere dicitur mentem, & voluntatem Papæ irrogandi prejudicium Abbatii, cui competit jus nominandi, ex deductis per Paris. de resignat. lib. 2. qu. 9. n. 14. & seqq. & lib. 10. qu. 2. n. 36. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 5. §. 7. nu. 137. Murg. de Benef. qu. 3. n. 695. & seqq. Rot. in recent. decis. 8. nu. 3. & nu. 9. & seqq. ac per tot. par. 7. cum aliis in Nullius, seu Pampilonen. Beneficii de Barbinzana 10. Maii 1697. §. Subproprio coram R. P. D. meo Muto; Quo-

¹¹ niam in thesi nostra patuit Pontificem dictæ unionis positivam scientiam habuisse, unde illius mentionis defectus videbatur prorsus innegabilis, cùm præsertim ad evitandam subreptionem, quam ex hoc capite resultare contendit posset, sufficiat etiam, quod Papa potuerit de illa in genere cogitare, ut in individuo prosequitur Rot. in dicta Lauden. Vicaria 29. Martii 1694. §. Nec ex narrativa, & 14. Junii ejusdem anni §. Primum enim cor. R. P. D. meo Caprara.

Scien-

12. Scientia autem Papæ clarissima erat; tum quia expositum fuit Vicariam, de qua agitur, dum pro tempore vacavit, consueuisse provideri ad nominationem Abbatis, ideoque satis Papa intellexit illam esse unitam, curamque habitualem penes Abbatem nominantem residere; nam ipsum solum nomen Vicariæ unionem, & dependentiam ab alia Ecclesia, eamdemque habitualem curam ad alium spectare præsupponit, ut monet *Card. de Luc. de decimis disc. 11. n. 5.* & firmat *Rot. in dicta Lauden. Vicariæ in locis mox indicatis, & in Colonien. Præminentiarum 22. Junii 1701.* §. Si Maximè vers. cùm itaque cor. Reverendiss. Conthen. cùm Vicarius non possideat nomine proprio, sed ejus à quo nominatur, ut inquit *Rot. in dec. 326. n. 2. par. 2. divers.*

Tum etiam quia in pluribus contradicitur 13. & toriis habitis coram Eminentiss. Prodatorio, cùm Abbas prætenderet, quod à supplicatione Jo: Andreæ, vel deleretur expressio illa nominationis, vel præservaretur unio cum clausula *non tamen vi- gore unionis*, longum per partes super illa certamen assumptum fuit; Cum itaque ex his scientia qualitatis Beneficii certissima foret Pro-Datario, indubitate per consequens dicebatur etiam in Pontifice veluti in ipsum transfusa per ministrum, qui illius mentis, & vocis organum dicitur, juxta notata per *Gonzal. ad regul. 8. Cancellaria gl. 63. n. 60. Rot. cor. Cappa- dor. decis. 3. n. 3. ante med. de reservat. cor. Burat. decis. 883. n. 10.* & specialiter in Colonien. *Canonicatus primæ gratia 17. Fe- bruarii 1696.* §. Similiter cor. R. P. D. meo Muto, & 2. *Maji 1701.* §. Si verò coram Reverendiss. Conthen. Quæ sanè notitia sufficit pro sustinenda collatione, cùm ad evitandam subreptionem satis superque sit Pontificem esse aliunde informatum de eo, quod expressum non fuit, ut firmat *Rot. in rec. par. 13. decis. 227. n. 9. & seq. & in præcit. Colonien. Canonicatus primæ gratia coram Reverendiss. Conthen.* §. Si verò in fin.

Tum demum quia in secunda parte supplicationis legitur expressa clausula 14. *cum suspensione unionum*, quæ implicat sufficientem dictæ unionis expressionem, & gratia validitatem præservat absque alia magis specifica mentione, quamvis

etiam inter clausulas generales fuerit apposita, ex deductis per *Lotter. de re be- neficio. lib. 1. qu. 28. n. 175. & seq. Adden. ad Gregor. deci. 159. sub n. 9. Rot. cor. Carill. decis. 1. n. 8. & par. 1. rec. decis. 38. n. 3. & 6.* Non relevante, quod clausula hu- jusmodi respiciat uniones per cessum, vel decessum possessoris Beneficii effectuan- das, non autem illas, quæ jam effectum suum sortitæ fuerint, juxta distinctionem amplexam in *Nullius, seu Pampilonen. Be- neficii de Berbinzana 10. Maii 1697.* §. Nec dicatur post medium cor. R. P. D. meo Muto; Ultra quod enim clausula prædicta tan- tummodo allegatur ad effectum eliciendi scientiam Pontificis, quod Vicaria unita esset Monasterio, quæcumque de cætero cessabat in casu nostro difficultas, quia dum Papa scivit illius nominationem, quotiescumque illam vacare contigerit ad Abbatem pro tempore pertinere plus quam plenè intellexit unionem jam fuisse effectuatam, & per consequens illam su- spendendo censetur eo modo, quo sibi narrata fuit suspendisse; Præsertim cùm in themate nec valeat in suspensione hu- jusmodi considerari perpetuum præjudi- cium illud, quod in aliis casibus ponde- rari solet cùm præjudicium, quod in resignationibus Vicariorum Rectoribus Principalibus irrogatur vel nullum, vel modicum sit imò eventuale omnino, & incertum ob possibilitem, quod prius moriatur Resignarius, & sic nominatio ad rectorem quam citius revertatur, ut tradunt *Mandos. de Signat. Grat. tit. de re- nuntiat.* §. Nec propter hanc *Lotter. de re- beneficio. lib. 1. qu. 28. n. 172.* Adden. ad Gre- gor. dec. 159. n. 9. *vens. nec hujusmodi Rot. dec. 38. n. 5. par. 11. rec. cor. Carill. decis. 1. n. 7. vers. præsertim, & cor. Puteo dec. 347. n. 5. lib. 1. ac decis. 1. n. 25. post Cocchier. de- permitt.*

Nec verâ unionis notitia excludi valet in Pontifice, vel ex quo expressio non steterit in sola nominatione, sed expositum ulterius fuerit ibi = *Nominatio, seu præsentatio personæ idoneæ in ea ad nomi- nationem, seu præsentationem hujusmodi per loci Ordinarium, aut alias instituenda ad pro tempore existentem Abbatem &c.* = ex quibus verbis excludi potius videbatur unio ad Mensam Abbatiale, atque è converso præsupponi juspatronatus, in quo

quo cadit præsentatio Patroni, & institu-
tio Episcopi, ut firmat Rot. cor. Emerix.
jun. dec. 1296. n. 8. & seq. vel ex quo cùm
suppositum fuerit Vicariam spectare ad
nominationem, seu præsentationem Ab-
batis cessantibus reservationibus, & affe-
ctionibus Apostolicis, Papa intellexerit de
Beneficio libero, & independenti, non
15 autem de unito, prout hic, ad Mensam,
quod talibus reservationibus subjectum
non est, juxta notata per Gonzal. ad re-
gul. 8. gloss. 5. §. 7. n. 21. ver. accedit etiam
Murga de Benef. qu. 2. n. 11. cum aliis in-
dicta Nullius, seu Pampilonen. Beneficii de
Berbinzana §. Ut ob hanc rationem coram
R.P.D. meo Muto.

16 Verba enim illa nominatio, seu præsen-
tatio absque alia jurispatronatus mentio-
ne nullatenus adversantur unioni, cùm
sæpius accipiuntur pro synonymis, illis-
que promiscuè utantur Præfules, quo-
rum Monasteriis Vicariæ hujusmodi uni-
tæ sunt, prout de facto Abbas S. Mercurialis
fuit illis promiscuè usus in depura-
tione facta ad Parochialem, de qua agi-
tur sub anno 1670. præterito Summario
Pauli num. 11. illaque ulterius pro syn-
onymis passim sumuntur à Sacra Rota, ut
videre est coram Duran. dec. 2. n. 2. coram
Caval. decis. 419. pariter nu. 2. & in rec.
par. 2. dec. 777. n. 5. Narrativa verò, quod
jus nominandi spectat ad Abbatem cef-
santibus reservationibus, & affectionibus
Apostolicis in supplicatione facta, & in
literis repetita, stat solum ad ostendend-
um, quod si è contra concurrat affectio
Apostolica, jus nominandi cessat, & pro
illa vice locum habet; Quapropter cùm
in thesi nostra specialis reservatio, seu af-
flectio innegabilis sit ob resignationem à
Summo Pontifice nonnisi cum decreto,
quod nullus de Vicaria præter ipsum dis-
ponere posset admissam, prædicta utique
narrativa præseferre neutquam potest,
quod Papa intellexerit providere benefi-
cium liberum, & independens, quoniam
dum post habitam scientiam unionis, &
factum decretum, quod alias non possit
se ingerere, si deinde intellexisset, quod
collatio siebat de Vicaria de per se stan-
17 te, foret redarguere eumdem Pontificem
de instantanea correctione, quæ num-
quam præsumitur, sed imò in quantum
fieri potest semper evitanda est ad Text.

Pars VI.

in cap. Cùm expeditat de elect. in 6. Rot. in
rec. par. 11. dec. 99. nu. 11. in Hispanen. ju-
ris præsidi in Capitulo 2. Julii 1700.
§. Haud refragante coram Reverendissimo
Conchen, & in Firmana annua præstationis
15. Junii 1705. §. Nec dicta cor. Reveren-
dissimo D. meo Decano.

Atque hinc nil relevat, quod Papa in
18 literis clausulam illam apposuerit dum-
modo collatio ad nos hac vice pertineat, quæ
regulariter gratiam restringit, juraque
alterius inferioris Collatoris perservat
ex latè deductis per Ros. de execut. liter-
Apost. lib. 1. cap. 4. n. 8. & seqq. Rot. coram
Coccin. dec. 516. n. 11. in rec. dec. 25. n. 27.
& seqq. par. 10. & decis. 274. nu. 6. & seq.
par. 19. & in dicta Nullius, seu Pampilonen.
Beneficii de Berbinzana §. Nec dicatur cor.
R.P.D. meo Muto. Illa siquidem non stat
exclusivè ad voluntatem Papæ liberè
conferendi ex præcedenti manus apposi-
tione, & speciali affectione Vicariæ resi-
gnata, sed censetur tantummodo apposi-
ta ad modificandam aliam clausulam ge-
neralem sive præmisso, sive alio quovis mo-
do, ut rectè admonent Garz. de Benef.
par. 1. cap. 1. n. 178. & 182. Rot. cor. Sar-
abin. decis. 755. n. 4. cor. Coccin. dec. 2245.
n. 49. & seq. cor. Cerro dec. 951. n. 6. in rec.
dec. 429. n. 4. par. 5. tom. 2. & dec. 200. n. 9.
& 10. par. 16.

19 Prout neque urget, quod nominatio
ad Vicarias dependentes spectet ad Ab-
bates, seu alios quorum Ecclesiis uni-
tæ sunt ex præscripto Constitutionis 47.
B. Pii V. ideoque non obstantibus reser-
vationibus, illarum collationes fieri de-
beant prævia dicti Abbatis, seu aliorum
nominatione, quæ bene cum illis com-
pati censetur, discursus enim procederet
quoties quæstio verteretur, in terminis
reservationum generalium, tunc enim ob
defectum magis specificæ voluntatis Pon-
tificis provisio per Sedem Apostolicam
fieri non potest sínè præcedenti nomina-
tione Abbatis, quæ cum dictis generali-
bus reservationibus incompatibilis non
est, juxta firmata in Tirasonen. Vicaria 13.
Ottobris, & 4. Decembris 1595. cor. Litta,
quæ passim in oppositum allegabantur,
20 quæ impressæ reperiuntur penè Garz.
de Benef. par. 9. cap. 2. n. 308. & seqq. At
verò quoties, prout hic, concurrit spe-
cialissima reservatio emergens ex apposi-
tione

Pp tione

tione manus Pontificis, atque ex positivo decreto, quod nullus præter ipsum hac vice disponere possit, tunc ob expressam illius voluntatem inhibendi pro ea vice aliis quominus in collatione se ingerant, provisio Apostolica etiam sine prætensa nominatione sustinetur, ut distinguendo individualiter firmat *Rot. in dicta Lauden. Vicariae 29. Martii 1694. §. Non obstat, & 14 Junii ejusdem anni §. Fuit enim coram R.P.D. meo Caprara.*

21 Atque ex his neque obstat subalterna oppositio, quod saltè in hoc casu specialis ejusdem Constitutionis B. Pii derogatio requireretur; Tum quia Constitutio prædicta expressè loquitur de Ordinariis, proindèque non comprehendit Summum Pontificem, qui de cætero quibuscumque Constitutionibus, deficiente specifica expressione, non ligatur, ut in terminis ejusdem Constitutionis respondit *Rot. coram Bich. dec. 667. n. 30. & in dicta Lauden. Vicariae 14. Junii 1694. §. Fuit enim cor. R.P.D. Caprara*, tum etiam quia specialis reservatio in resignatione, de qua agitur per Pontificem volita, munita est decreto *irritanti*, quod ex se solo importat derogationem quibuscumque contrariis dispositionibus, & constitutionibus, ut respondit *Rot. in Hildesheim. Beneficii 13. Maii 1697. §. Tanta cor. R.P.D. meo Priolo*; Tum demum quia Pontifex expressè in literis declaravit impediri neutquam posse effectum gratiæ Jo. Andreæ per quæcumque indulta, & gratias Abbatii concessas, cujuscumque tenoris existerent, ac etiamsi illa requererent speciale mentionem; Ex qua eisdem clausula veluti adiuvata ad effectum derogandi quibuscumque contrariis, debet censeri derogatum etiam eidem Pianæ Constitutioni, & si in literis totaliter reticite, ut generalibus omissis firmat in specie *Rota in sapientia Lauden. Vicariae 29. Martii 1694. §. Non obstat circa medium cor. R.P.D. meo Caprara*, cum eadem clausula tollat etiam ignorata, absque eo, quod de illis fiat specifica mentio *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 36. n. 30. Adden. ad Ludovis. dec. 240. n. 21. Rot. in rec. par. 16. dec. 247. n. 8.*

22 Præmaximè quia in istorum omnium comprobationem concurrit etiam inventarius Dataria, & Cancellaria stylus, juxta

quem Vicariæ dimissæ in manibus Pontificis ad favorem certarum personarum liberè per sedem Apostolicam conferuntur Resignatariis, nulla requisita nominatio, aut consensu Abbatis, nec facta speciali derogatione Bullæ Pianæ, sed facta solùm expressione, quod dicta nominatio ad eumdem Abbatem pertineat. Quemadmodum autem probatio memorati stylus in dubium revocari non potest, ut potè elicita ex depositione Revisorum Dataria, Præfeci Datarum, Substituti R.P.D. Subdatarii, omnium Substitutorum Cancellariae, plurimumque etiam Expeditioniorum, quibus tamquam deponentibus de praxi, & re ad proprium Officium spestante plena fides adhibenda est juxta tradita per *Cochier. ad Reg. Cancell. reg. 43. n. 65. §. Quibus Amayden. de Styl. Datar. c. 15. §. 15. n. 74. Rot. cor. Comitul. dec. 119. n. 5. coram Card. Cels. dec. 191. n. 11. & in rec. dec. 322. n. 11. par. 5. & dec. 106. n. 8. par. 18.* ita ex eodem stylo fit certius, nec consensum Abbatis, neque ejusdem Bullæ derogationem fuisse necessariam, cum ille jus faciat in hac materia omnino attendendum, ut de stylo Dataria, & Cancellaria monent *Cochier. ad reg. Cancell. dicta reg. 43. n. 65. & seqq. Rot. in recent. par. 1. dec. 356. n. 8.* Cumque disputatio unicè vertatur super mente, & voluntate Summi Pontificis, ex quo de potestate nefas est dubitare, intentio hujusmodi melius deprehendi non potest, quam ex quotidiano stylo, & longissimo usu ejusdem Principis, prout dixit *Rot. cor. Put. decis. 347. n. 1. & 7. lib. 1. & in rec. par. 4. tom. 3. dec. 614. n. 28*

Nec contra eundem stylum urgere visum est, quod non probetur, nisi ex simplici fide lite pendente, & sine partis citatione procurata, quod eadem fides respiciat tantummodo expeditionem gratiarum, non autem illarum effectuationem, & canonizationem in contradictorio judicio, quodque illa contrarietur opinioni Doctorum, & Tribunalis nostri firmantium in resignatione Beneficii uniti necessariam esse unionis derogationem.

23 Prima enim objecti Pars ex eo tollitur, quod stylus probatio sufficenter concurrens dicitur, ubi etiam de illo extrajudicialiter constat *Paris. de resignat. lib. 3. qu. 6. n. 31. Rot. decis. 101. circa fin. par. 3. & decis.*

& decis. 219. n. 10. par. 12. rec. cùm Judex ipse valeat partibus non vocatis etiam extrajudicialiter, & pendente lite de illo se informare Bart. in l. 3. in fin. ff. De Test. Bald. in l. 1. in fin. Cod. ut quæ desunt Advocat. Boer. conf. 8. n. 17. Rot. dec. 198. nu. 2. in fin. par. 3. rec. Secunda verò pars cessat, ex quo ad probationem styli minimè requiritur, quod in contradicitorio judicio canonizatum extiterit, prout advertunt Paris. de resignat. lib. 3. dicta qu. 6. nu. 28. Cochier. ad reg. 48. de consensu. n. 68. Rot. in recent. par. 18. decis. 106. n. 13. Et demum tamquam insubstiens collabescit tertia, quia Doctores non requirunt specialem unionis derogationem, sed firmant sat superque esse ad evitandam gratiæ subreptionem quod Summo Pontifici etiam implicitè, virtualiter, & in genere innotescat agi de Beneficio unito; ut individualibus auctoritatibus fuit superiùs firmatum in §. Neque obstat.

Accidente præsertim corroborativè ad eumdem stylum duplici animadversione; Altera videlicet, quod Papa providens per obitum Vicarias generaliter reservatas, tunc noscens Abbatis nominationem necessariam esse tam in supplicatione, quām in literis expressam de illa mentionem facit, imò supplicatio intitulatur pro nominato, ut quo ad utrumque signanter patet ex provisione per Paulum reportata; Unde cùm in collationibus ex capite resignationis nullibi nominatio hujusmodi exprimatur, hæc utique styli disformitas patenter ostendit catenus illam in resignatis reticeri, quatenus in iis mentione illius necessaria non est.

25 Altera verò desumpta ex discretiva forma, quā utitur Sedes Apostolica in resignationibus Beneficiorum jurispatronatus Laicorum; Quippe quia in hoc casu de stylo tam in supplicatione ab Officialibus Dataria, quām in literis ab Offi-

cialibus Cancellariæ clausula de consensu modernorum Patronorum apponitur, ut testantur Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 4. nu. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 52. n. 54. in fin. Vivian. de jurepat. lib. 5. cap. 5. num. 159. quapropter cùm in provisionibus Vicariarum resignatarum clausula de consensu Abbatis ab Officialibus prædictis minimè desideretur, alia diversitatis hujusmodi assignabilis ratio non est, quām quod Beneficia jurispatronatus Laicorum sub nulla reservatione comprehendantur juxta Gloss. in cap. 2. verb. collatio de præbend. in 6. ibique Pafferin. nu. 11. & Barbos. nu. 12. Amayden de Stylo Dataria lib. 1. cap. 15. §. 15. num. 95. vers. & propterea Rota coram Seraphin. decis. 1263. nu. 2. & in recent. par. 4. tom. 3. decis. 630. num. 21. & seqq. Nec apposito manus Papa in illis inducat affectionem, ut firmat Rota coram Penia decis. 627. nu. 9. Ideoque debet pernecessè consensus Patroni Laici intervenire, cujus manus ex affectione hujusmodi non ligantur; Quodque è contra Vicariæ uti ad nominationem personæ Ecclesiasticæ cùm manuum Papæ appositionibus afficiantur, Abbatis nominationem non requirant, quia ob specialem reservationem inductam ab eadem manus appositione, dictæ personæ Ecclesiasticæ inhibetur, nè ullo modo possit pro ea vice se ingerere, juxta superiùs firmata, quod sanè argumentum sæpedicuum stylum rationabilem omnino, juri que adhæsivum convincit, atque uti ex formalium diversitate resultans dubium non est, quin plurimum attendi soleat ex notatis per Rot. coram Dunoz. junior. decis. 632. nu. 11. in rec. par. 18. decis. 599. nu. 9. & in Corduben, Beneficiorum 18. Februarii 1704. §. Non refragante in fin. cor. Reverendis. D. meo Decano.

Et ita utraque &c.

C A N O N X I V .

PIUS QUINTUS *Constit. LV. §. 1. Bull. Rom. Tom. 2.*

Ann. 1568. **S**anctissimus in Christo Pater: *Et infra.* Cupiens pauperibus Clericis, & aliis benemeritis Personis de Beneficiis Ecclesiasticis providere, omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica, cum Cura, & sinè Cura, fæcularia, & quorumvis ordinum Regularia, qualitercumque qualificata, & ubilibet existentia, Sede Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Primitiali quorumcumque Ecclesiarum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Patriarchalium, ac Primitialium pro tempore Pastoribus destitutarum vacante, quomodolibet vacantia, tam in prædictis, quam aliis Ecclesiis, nec non Civitatibus, et Diœcesibus quibuscumque, ad eorumdem Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & Primateum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ reservavit.

C A N O N X V .

CLEMENS XI. *Regula secunda Cancellariae.*

Ann. 1700. **I**tem reservavit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primitiales, Archiepiscopales, Episcopales, nec non omnia Monasteria virorum, valorem annum ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, nunc quomodocumque vacantia, et imposterum vacatura. Et voluit, quod excessus hujusmodi in literis exprimatur. Ac etiam reservavit Dignitates, & Beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primateum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, nec non Abbatum, ac aliorum quo-
rumcum-

rumcumque Collatorum, & Collaticum Sæcularium, & Regularium quomodolibet (non tamen ad collationem, cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia) quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu Monasteriorum, vel aliarum Dignitatum suarum dimissionem, seu amissionem, vel privationem, seu translationem, vel aliæ quomodocumque vacaverint, usque ad provisionem successorum, ad easdem Ecclesias, aut Monasteria, vel Dignitates, Apostolica auctoritate faciendam, et adeptam ab eisdem successoribus, pacificam illorum possessionem, quomodocumque vacaverint, et vacabunt in futurum.

COMMENTARIUM.

EX his Canonibus deducitur hæc conclusio.

BENEFICIA VACANTIA, SEDE EPISCOPALI VACANTE, ET SPECTANTIA AD ABSOLUTAM COLLATIONEM, PRÆSENTATIONEM, AUT QUAMCUMQUE ALIAM PROVISIONEM EPISCOPI, SUNT SEDI APOSTOLICÆ RESERVATA, SEGUSSI SINT AD COLLATIONEM CUM ALIO, VEL ALIIS, AUT ETIAM AD ALTERIUS PRÆSENTATIONEM, VEL ELECTIONEM. — Quam conclusionem probant etiam *Fagnan.* in cap. *Illa* Nè Sede vacante, *nu. 9.* *ibique Barbos.* *nu. 2.* *Cherubin.* *bis Garz.* de *Benef.* *par. 5.* *cap. 7.* *nu. 52.* *Corrad.* in *prax.* *Benef.* *lib. 3.* *cap. 6.* *num. 73.* & seq. *Rota* in *Segobien* *Canonicatus* *11.* *Aprilis* *1704.* *§.* *Quæ* *quidem* *coram* *Eminentissimo* *Scotto,* & *in Abulen.* *Capellanie* *26.* *Januarii* *1715.* *§.* *Reservatio* *coram* *codem,* & *28.* *Junii* *1715.* *§.* *Multoque* *minus* *coram* *R.P.D.* *Ansaldo,* & *5.* *Maji* *1717.* *§.* *Justificatio* *coram* *R.P.D.* *Herrera,* & *in Calceaten.* *Canonicatus* *1.* *Ju-* *lii* *1718.* *§.* *Etenim* *coram* *R. P. D.* *Rovault.* *de Gamaches.*

1 Reservavit hic D. Pius omnia beneficia tam liberæ collationis, quam jurispatronatus Episcopi, Sede Episcopali vacante, non solum, ut sic Sedes Apostolica haberet materiam providendi paupertati Clericorum, & remunerandi personas benemeritas, verum etiam, quia nè ipsa beneficia ob mortem Episcopi, ex defectu Collatoris, paterentur diutinam vacationem, in grave eorum præjudicium, cum illa conferri non possint à Capitulo, tum quia est ei prohibitum à Jure Canonico, Sede vacante, aliquid innovare, signanter in collatione beneficiorum, ad *Text.* in *cap. 2.* nè Sede vacante, *cap. quan-* *to,* & *cap. ea noscitur de iis,* que sunt à *Prælat.* *sine consensu* *Capituli.* Tum quia Capitulum per mortem Episcopi non succedit in Jurisdictione voluntaria, ad quam spectat collatio beneficiorum, ut tradunt *Joan.* *Andr.* in *cap.* *Quamquam de elect.* in *6.* *Lotter.* *de re* *benef.* *lib. 1.* *qu. 2* *1.* *n. 34.* & *lib. 2.* *qu. 2.* *n. 5.* *Rot.* *in Abulen.* *Cappellanie* *26.* *Januar.* *1715.* *§.* *Proindeque* *cor.* *Eminentiss.* *Scotto,* & *aliæ* *Auctoritates* *relatæ* *Par. V.* *Can. III.* *Caf. unic.* *num. 1.*

2 Consimilis huic reservationi est illa Regulæ secundæ, quam, morem Antecessorum suorum prosequendo, renovavit Dominus Noster CLEMENS XI. initio sui Pontificatus; per eam enim ultræ reservationem omnium Ecclesiarum Patriarchalium, Primatialium, Archiepiscopalium, Episcopalium, & omnium Monasteriorum Virorum valorem annum 200. florenorum auri, communis estimatione excedentium, reservantur etiam hujusmodi beneficia liberæ collationis, vel jurispatronatus Episcopi, Sede Episcopali Pastore viduata; exceptis beneficiis simultaneæ collationis, vel simultaneæ præsenta-

tionis

202A3

tionis cum alio, vel aliis, ista siquidem sub hac Regula non comprehenduntur, sed relinquuntur collationi illius, cum quo Episcopus defunctus habebat simultaneam collationem, vel provisioni Capituli, ad præsentationem illius, cum quo habebat simultaneam jurispræsentandi; dum Capitulum, Episcopatu vacante, quamvis beneficia liberæ collationis conferre non possit, valet tamen conferre beneficia patronalia, seu jurispatronatus alterius personæ distinctæ ab Episcopo, ut firmavi dicto *Cas. unic. ubi supra n. 2. & 5. ea ratione*, quia Pontifex per hanc Regulam non intendit ullum præjudicium inferre aliis Collatoribus, aut aliis Patronis.

Quo ad hanc conclusionem sequentes examinantur Casus.

ARGUMENTUM.

Beneficia Jurispatronatus competentis Episcopo ratione sanguinis, seu familiæ, vacantia, Sede Episcopali vacante, an sint reservata. Et incidenter an Abbatia electivæ comprehendantur sub Regula secunda Cancellariae.

S U M M A R I U M.

- 1 Beneficia patronalia Episcopi, Sede Episcopali vacante, sunt reservata.
- 2 Vacat Ecclesia Episcopalis, per absoluti-
nem Episcopi, à vinculo sue Ecclesie, in Concilio factam.
- 3 Beneficia Patronalia Episcopi non ratione Episcopatus, sed ratione propriæ personæ, seu sanguinis, & familiæ, vacantia, Sede Episcopali vacante, non sunt Sedi Apostolicae reservata; Et quare; Vide n. 4.
- 5 Abbatia quantumvis electiva cadit sub Regula secunda Cancellariae, & num. 24. Amplia, ut n. 31.
- 6 Monasteria Regularia de jure sunt electi-
va; & n. 10.
- 7 Appellatione quorumcumque beneficio-
rum veniunt Monasteria de sui natura, electiva.
- 8 Beneficia, & Monasteria electiva, an com-
prehendantur sub generalibus Constitu-
tibus.
- 9 Electio non includitur sub verbis collatio-
nis, provisionis, præsentationis, & dis-
positionis.
- 11 Enumerantur beneficia, quæ reservantur per extravagantem, Ad Regimen.
- 12 Regula secunda Cancellariae edita fuit ampliatively ad extravagantem, Ad regi-
men.
- 13 Beneficia, & Monasteria Jurispatronatus an, & quando comprehendantur sub Regu-
lis Cancellariae.
- 14 Ecclesie Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales ante Regulæ secundæ edi-
tionem erant pro majori earum parte ele-
ctiva.
- 15 Jus eligendi sibi Prælatum, sive in secula-
ri, sive regulari Ecclesia, promanavit ex indulgentia Pape.
- 16 Jurisdictio Prælatorum Regularium in subditos non derivat ex vi votorum, sed à Summo Pontifice.
- 17 Referuntur cause, ex quibus originem ha-
buit Regula secunda, & num. 18.
- 19 Quis fuit Auctor Regulæ secundæ, vi-
de ibi?
- 20 Episcopatus, & Abbatia in Germania ex vi concordatorum sunt beneficia electi-
va.
- 21 Rex Hispaniarum habet jus præsentandi, & nominandi ad quicunque Ecclesias, & Monasteria sui Regni. Et n. 28.
- 22 Rex Galliarum habet jus nominandi, & præsentandi ad quamplures Ecclesias, & Monasteria, & n. 28.
- 23 Restitutio juris supponit illius anteceden-
tem ablationem.
- 24 Reservatio quid sit? Vide ibi.
- 25 Electiones ex Stylo Dataria, & Cancellariae non approbantur, neque confirman-
tur, nisi in tribus casibus.
- 26 Regulam secundam comprehendere Abba-
tias electivas probatur ex observantia; & n. 27.
- 28 Abbatia in Italia sunt triennales, & ma-
nuales.
- 29 Rex Portugallia habet jus supplicandi.
- 30 In Lotaringia, Episcopatus, & Abbatia electiva comprehenduntur sub Regula secunda, cum careat concordatis, Privilio, & consuetudine.
- 32 Concordata Germania per viam exten-
sionis locum habent in Diœcesi Methen.

CASUS

C A S U S I.

Competebat cuidam Episcopo ratione Sanguinis, & Familiae juspatoratus cuiusdam beneficij existentis in propria Dicecesi; in cuius provisione procedebat ad formam superius traditam *Par. II. Can. I. & II. Cas. XV. num. 9. & Can. IV. V. VI. VII. VIII. Cas. IV.* Vacavit hujusmodi beneficium eodem tempore, quo idem Episcopus fuit absolutus in Concistorio à vinculo propriæ Dicecesis, & translatus ad Dicecesim B. Hinc quidam Clericus illud impetravit à Sede Apostolica tamquam vacans Sede Episcopali vacante; queritur an hæc impretratio sustineatur?

1. **F**acit pro validitate impretrationis, præcedentium *Canonum* dispositio; isti siquidem, ut in *Commentario* vidimus, reservant beneficia jurispatronatus Episcopi vacanta Sede Episcopali vacante; Quod autem præsens beneficium vacaverit Sede Episcopali vacante, non videtur ambigendum, dum vacavit, tempore quo Episcopus fuit absolutus in Concistorio à vinculo suæ Ecclesiæ, & translatus ad Ecclesiam B, per quam absolutio nem, & translationem, ipsum desisse suæ Ecclesiæ esse Antistitem, & hanc vacasse, est Doctorum cōmuni opinio, quæ hodie non habet contradictionem, stante resolutione Sacrae Congregationis Concilii confirmata per Breve sa. me. Urbani VIII., per quam sancitum fuit Ecclesiam, à qua voleat transfertur, seu quam dimisit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absolvitur in Concistorio Sanctitatis suæ, etiam ante expeditionem Literarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, ut sunt verba ejusdem resolutionis, & tradunt *Fagnan.* in *cap. quanto n. 71. & seqq. de translat. Episcop. Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 13. num. 80. & seqq. Gratian. discept. 296. n. 15. & seq. Corrad. in prax. benef. lib. 3. cap. 6. num. 66. in fin. Barbos. de jur. Eccles. univ. cap. 19. num. 37. Rot. decis. 475. n. 5. & seq. par. 1. rec., & in Segobien. Canonizatus II. Aprilis 1704. §. Nullitas, coram Eminentissimo Scotto.*
2. **S**ed hoc non obstante censeo supra di-

ctam impretrationem esse nullam; distinguendum est enim inter beneficia jurispatronatus Episcopo competentis ratione Episcopatus, seu dignitatis Episcopalis, & Beneficia jurispatronatus spectantis ad Episcopum ratione sanguinis, & familie, seu ex eo, quod ipse sit de familia contemplata à Fundatore in jurispatronatus reservatione. *Canones* isti reservant beneficia jurispatronatus Episcopo competentis ratione Episcopatus vacantia, Sede Episcopali vacante, ut expressè ibi legitur, non verò reservant ea beneficia Jurispatronatus, quod competit Episcopo ratione sanguinis, seu familie; ista siquidem vacantia Sede Episcopali, quocumque modo vacante, sive per obitum, sive per renuntiationem, sive per translationem Episcopi sunt conferenda per Capitulum ad præsentationem Episcopi, si iste Episcopatum renunciet, aut ad aliam Ecclesiam transferatur, vel ad præsentationem alterius de familia à Fundatore substituti, si Episcopus moriatur, cum Capitulum, Episcopo civiliter, vel naturaliter defuncto, succedit in ejus jurisdictione necessaria, cuius est Collatio facienda favore certæ Personæ ad nominationem, seu præsentationem alterius, ut latè probavimus superius *Part.V. Can. III. Cas. unic. n. 2.* Ratio est, quia in hoc casu Præsentatio non est fructus Episcopatus, seu Episcopus non præsentat ad dictum beneficium, ut Episcopus, sed ut Persona privata à Fundatore contemplata in jurispatronatus reservatione, adeò ut beneficium dicatur esse jurispatronatus alterius Personæ distinctæ à Persona Episcopi, & consequenter reservationi horum *Canonum* minimè obnoxium, imo ab eis expressè præservatum, ut legitur, ibi *Non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia.*

Ad materiam, & oriūatum hujus *Canonis* XV. subjicio hīc quæstionem illam satis celebrem, & agitatam, videlicet an Abbatia electiva cadat sub ejusdem *Canonis* dispositione; cuius resolutionem desume ex sequenti decisione S. Rotæ, ubi similis articulus disputatus fuit.

Rmō

Rmo P. D. MOLINES DECANO.

Virdunen. Abbatia.

Lunæ 3. Aprilis 1702.

Quamvis geminæ in hac Causa prodierint Decisiones, alia sub die 26. Junii 1699. Altera verò 2. Julii 1701, luculenter firmantes dandam non esse confirmationem P. Gabrieli Maillet electo ad Abbatiam S. Michaelis Virdunen., sed potius illius dispositionem spectare ad Sanctam Sedem Apostolicam; Nihilominus cum ageretur de gravi, & exemplari articulo, postremaque Decisio emanaverit, Dataria Apostolica tantum informante, & cæteroquin in ultimo Memoriali porrecto pro nova Audientia nonnulla proposita fuerint in facto, & in jure, plenè forsan, ut par erat non discussa, faciles fuerunt Domini in impartienda licentia, captam resolutionem iterum impugnandi. Verùm tertia hæc disputatio nihil profuit succumbenti, è converso magnoperè juvit Datariam Apostolicam, cum ejus juribus hodie magis elucidatis, citra ullam fluctuationem Domini in Decisionis persistendum esse autumarunt.

5 Planum quippe, & propemodum evidens hodie visum fuit controversam Abbatiam quantumvis electivam cadere sub regula secunda Cancellariæ, reservantis ad Sedis Apostolicaë dispositionem omnia virorum Monasteria, in qua unica inspectione restrictus fuit hujusce contentio modus, & quidem ex quatuor probationum fontibus; Et primò ex proprietate, & generalitate verborum, atque ex contextuali reservatione majorum Ecclesiarum; Secundò ex causis, & rationibus, ob quas generaliter omnes dictæ reservationes originem, & progressum habuerunt; Tertiò ex declarationibus emissis à Summis Pontificibus, & Juris Consultis ipsam interpretantibus; Et demum ex subsecuta observantia, quibus sanè mediis juris Canonici, & Cæsarei Conditores regulariter utendum esse docuerunt in indagando quid in legibus, sanctionibus Pontificiis, aliisque Principum Constitutionibus contineatur, ut de primo medio est Text. in cap. quia circa

22. de privileg., de secundo l. scire ff. de legibus; de tertio, & de quarto l. 36. ff. de legibus, & senat. conf. & l. 22. ff. eodem tit. & passim juris nostri Interpretes.

6 Et sanè juxta præscriptam methodum, initium sumendo à verbis, simplex, & nuda Monasteriorum reservatio, satis est ad evincendam comprehensionem electivorum, cum de jure Monasteria Regulæ sint electiva Canon. Abbatem in Monasterio 4. 18. quest. 2. & Canon. quam sit 5. ibidem cap. 1. & cap. officii tui 38. cap. cum in magistrum 49. de elect. Murg. ad Constat. Benedictin. confit. 6. & 12. Alex. IV. n. 452. cum seqq. Matta de caus. Concistor. sect. 19. §. 3. n. 60. Thomasin. de re benefic. part. 1. lib. 3. cap. 32. n. 6. vers. hæc privilegii certi auctoritas, ubi quod facultas eligendi Abbatem in Monachis est veluti quædam agnata libertas, & juris communis lex, & dixit Rota dec. 296. n. 5. coram Coccino, & dec. 65. n. 5. & 9. par. 1. & dec. 319. n. 23. par. 16.

Quantò magis ergo idipsum exploratum efficitur advertendo, quod expressioni Monasteriorum addita fuerit dictio *omnis*, cuius universalitas amplectens totum id, de quo prædicatur subjectum, cui adjicitur, ostendit manifestè regulæ conditores sub illa comprehendere voluisse cujuscumque speciei Monasteria tam aëclectiva, quam non, ut omissis generalibus congestis in præteritis Decisionibus, quæque ipsis citatis reassumuntur in Ferrarien. seu Imolen. Bonorum 2. Decembbris 1699. §. Insubstant. coram Me, ita in specie dictio *omnium* appositæ in regulis Cancellariæ tradunt. Salern. conf. 2. n. 77. lib. 1. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 6. n. 20. &

7 seqq. Et quod appellatione similium generalium verborum *quorumcumque* Beneficiorum veniant Monasteria de sui natura electiva respondit Rota decis. 189. n. 1. & seqq. par. 2. divers., quam sequuntur Germon. de indult. §. Ac beneficia n. 24.

8 Ut hinc propterea nihil officiat oppositio, in qua Scribentes contra Datariam tenaciter insistebant, quod scilicet Beneficia, & Monasteria electiva, ut potè speciali nota digna sub generalibus Constitutionibus non comprehendantur, nisi de illis specialis fiat mentio ex cap. cum in illis 16. §. Illis verò de præbend. & dignit. in 6. & ex Clementina prima eod. tit. edita,

ta, ut ibi ait *Gloss.* in efformatione casus ad antedicta Decretalis declarationem, & ampliationem.

Siquidem hypothesis Regulæ secundæ longè differens est à casu, de quo loquuntur expositæ Decretales, nam ibi in Papæ mandato de providendo expressæ fuerunt Dignitates, Personatus, aut Beneficia, quorum nomine juxta illorum regularem naturam veniunt illæ, quibus aliquis præficitur per collationem, & non electionem, ut notat *Gloss.* in dicto cap. cum in illis, vers. nota ibi illis verò; Rursus ibi Pontifex expressis verbis designavit naturam Beneficiorum providendorum; Illa nempe, quæ spectabant ad collationem, provisionem, præsentationem, vel dispositionem Episcopi Pictaviensis.

9 Unde cùm electio non includatur sub verbis collationis, provisionis, præsentationis, & dispositionis ob differentiam, quæ intercedit inter hosce providendi modos, nec alioquin Papa gravare voluit, nisi Episcopum Pictaviensem in Gratia nominatum; Juremerito rescriptum fuit sub dicto mandato non contineri Beneficia electiva spectantia non ad unius tantum, sed ad Collegialem plurium electionem, sicuti enim Papa expressè designavit alios modos providendi, ita expressis est hunc specialem electionis, quatenus illum sub mandato providendi includere voluisse, ut egregiè docuit *Gloss.* in sape dicto cap. cum in illis in efformatione casus, ibi = *Quia Papa non intendit per meam Gratiam gravare, nisi solùm Episcopum Pictaviensem;* & in verbo electionem, ibi = *Electione igitur non includitur sub verbo provisionis, vel dispositionis,* cùm inter ista tria adsit differentia = & colligitur etiam ex dicta Clement. prima, ibi = *Cum in concessione Gratiae*) superius narratæ, quæ certos, modos, habebat expressos, ut subjungit *Glos.*) Nullam de electione fecerimus mentionem = & explicitant melius *Franch.* ad cap. cum in illis, verb. electionem, *Passerin.* ibidem sub num. 26. *Abb.* conf. 38, col. 3. sub n. 2. vers. 4. posset attenuari lib. 2.

10 Reservatio autem contenta in Regula secunda non exprimit Beneficia, vel Dignitates juxta suam propriam naturam ad unius tantum dispositionem, & nominationem spectantia, sed ad Monasteria,

Pars VI.

quæ ut probatum est juxta Sacrorum Canonum, Conciliorum, & Regularium Constitutionum dispositionem sunt electiva, ideoque cum hujusmodi qualitas electiva insit de jure in Monasteriis, satis erat illa in regula simpliciter expressisse ad denotandum eorum nomine comprehensa fuisse electiva, citra specialem hujusce qualitatis mentionem, per ea, quæ docuit *Bald.* in cap. ad ordinem de rescript. *Cassador.* dec. 12. de præbend. n. 7. & seqq. cum aliis in *Tirafonen.* *Prioratus* 11. *Martii* 1689. §. *His firmatis*, & §. *fin.* *coram clar. mem.* *Cardinali Caccia*; Rursus in Regula secunda non exprimuntur certi modi de providendi Monasteria, sed generaliter absque ulla restrictione reservantur Monasteria, & quidem cum dictione universalis *omnia*, in quibus terminis etiam modus electionis, & quicumque aliis comprehenditur, ut tenet *Gloss.* in dicta Clement. prima §. 1. in verbo quamvis in fin. de præbend. *Card.* ibi in 5. quæst. *Gen.* in §. *Illis col.* 2. in fin. vers. *quid si* in literis, & distinguendo *Silva de Benefic.* par. 3. quæst. 11. n. 87. & seqq. *Eneas de Falcon.* de reservat. in 3. quæst. n. 21. *inter tractat.* *magn.* *tom.* 15. *par.* 1. *fol.* 252., & pleno calamo contrariis rejectis tuetur *Fagnan.* in cap. nullus de electione. à num. 18. usque ad 29.

Consimili responsione obtunditur altera oppositio fundata in *Extravag.* ad *Romani*, & ad regimen de præben. & dignit. sub obtentu, quod inibi Pontifices Benedictus XII. & Paulus II. volentes inter Beneficia reservata comprehendere electiva, expressam de illis fecerint mentionem. Enim verò in *Extravag.* ad *Romani*, recensita solummodo noscuntur Beneficia secularia, & cuiusvis Ordinis Regularia, nulla facta expressione Monasteriorum; unde cùm Beneficia Regularia provideantur etiam per collationem ad evitandam quæstionem, an sub indefinita illorum mentione, comprehendenterentur electiva, benè factum est, illa, verbis expressis reservare, quæ difficultas cadere planè non poterat, si facta esset mentio Monasteriorum, utpote de sui natura electivorum, & præsertim quatenus expressa fuissent cum dictione universalis *omnia*, prout nominata leguntur in regul. 2. ex supra firmatis.

Qq

In

In extravaganti verò ad regimen, plures Beneficiorum species ad sui liberam dispositionem reservavit Benedictus XII., & primò omnes Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales, Secundò Monasteria, & quoad hæc nullam adjectit mentionem qualitatis electivæ; Tertiò Prioratus, Dignitates, Personatus, & Officia, necnon Canonicatus, Præbendas, & Ecclesias, minusque in his ullam fecit mentionem de electivis; Quartò demum reservavit cætera Beneficia Ecclesiastica cum Cura, vel sine Cura, secularia quæcumque, & qualiacumque fuerint, & in his addita fuit clausula electiva, ibi = *Etiam si ad illa Persona consueverint, seu debuerint per electionem, seu quemovis alium modum assumi* = quæ verba referuntur ad præcedentem quartam reservationem, cui immediatè adjiciuntur Beneficiorum scilicet secularium, & Regularium, in quibus cadere poterat quæstio, an Beneficiorum appellatione veniant electiva, non autem ad primam reservationem Episcopatum, & Monasteriorum, quorum respectu, nec qualitas electiva fuit expressa, neque talis expressio necessaria erat; dum eo ipso, quod reservabantur Episcopatus, & Monasteria, in quandam necessariam consequentiam intelligebatur expressa qualitas electiva, utpote de jure in utroque harum Dignitatum genere insita ex supra deductis, quibus additur *Germon. de indult. §. Ac beneficia n. 22.*

Ea quoque non omissa optima ponderatione, quod Regula secunda edita fuit 12 ampliativè ad expensam *Extravagantem ad Regimen*, nam ubi ista restricta fuerat ad Episcopatus, & Monasteria apud Sedem vacantia, illa extendit, & ampliavit reservationes ad vacationes etiam extra Curiam sequatas, ut deprehenditur ex lectura, & observant *Azor. inst. par. 2. lib. 6. cap. 32. quæst. 10. Mandos. ad banc regul. secundam quæst. prima num. 3. in fin. Gonzal. ibidem §. 1. vers. cœpit autem, Pafferin. de elect. cap. 33. n. 70. Castropol. oper. moral. tom. 2. tratt. 13. punct. 18. n. 2.* Quemadmodum igitur Extravagans prædicta loquitur de electivis, de iisdem quoque loquitam regulam interpretativè concludendum videtur, juxta naturam dispositionis declaratæ, & extensæ, quæ est, ut includat omnes qualitates actus

declarati, & ampliati, ut post *Bald. in l. cum Testamento num. 5. vers. item nota, C. de Testam. manum. dixit Rota decis. 502. n. 15. par. 1. & decis. 293. n. 18. par. 12. & dec. 159. n. 13. par. 15. & in Ferrarien. seu Imolen. Bonorum 2. Decembri 1699. §. Tum quia, coram Me, ac in specie ponderavit Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 94. n. 61. in fin. & n. 62.*

Minusque urget alterum objectum, 13 quod sicuti generalis reservatio omnium Monasteriorum, non comprehendit Monasteria jurispatronatus, ita mirum videri non debeat, si non comprehendat electiva; Quoniam vera non est generalis propositio, quod Beneficia jurispatronatus, non subjaceant regulis Cancellariæ, dum Doctores in hac re procedunt cum distinctione inter jurispatronatus competencia ex jure speciali, puta privilegio, sive ex consuetudine, & altera competencia de jure communi, atque ut nostri dicunt de justitia, ratione dotationis, vel fundationis, conveniendo quod primæ speciei jurispatronatus veniant sub regulis Cancellariæ, secus verò altera secundæ speciei, ut distinguendo tradit *Card. de Luc. de jurepatr. discurs. 65. n. 20. cum seqq.*, ubi congeruntur omnes concordantes; nulla autem currit paritas inter Beneficia jurispatronatus ex fundatione, vel dotatione, & Beneficia electiva; Illa enim Papa eximit à quibuscumque reservationibus, etiam in corpore juris clausis, nè pii Fideles à dotatione Ecclesiastarum retrahantur, ut ex *Gloss. in cap. 2. verb. collatio de præbend. in 6. tenent communiter Adden. ad Buratt. decis. 369. n. 12. Rota coram Coccin. dec. 1343. n. 3. & seqq. cum aliis concordan. relatis in Romana Clericatus S. Laurentii in Damaso 30. Martii 1698. §. Immo, coram me, Quamobrem mirum non est, quod non veniant sub generali reservatione omnium Monasteriorum, cum alias dictiones universales semper præservent casum ab alia lege exceptum, *Thabor. axiom. jur. lib. 3. cap. 22. vers. declara banc regulam*; Neque lex generalis corrigit præcedentem habentem specialem rationem, ut latè exornat *Fagnan. in cap. cum effe de Testam. n. 38. cum seqq. Rota coram Bich. dec. 229. n. 21.* E' contra verò nulla lex adduci potest eximens à reservationibus Beneficia electiva,*

etiva, dum superius expensæ Decretales in oppositum allegata loquuntur in aliis terminis, ut abundè explicatum fuit; Quapropter non est cur censeri debeant exclusa à regula secunda generaliter præservante omnia, & quæcumque Monasteria; Immò procedentes cum recitata communi DD. opinione, quod Beneficia Patronalia ex privilegio cadant sub regulis Cancellariæ, utique cadere quoque debent Monasteria electiva, cùm potestas eligendi Regularibus concessa promanaverit ex pura gratia, & liberalitate Summi Pontificis, ut firmat secunda hujus Causæ Decisio, & latius infra opportuñiori loco comprobabitur.

Ex quibus clarius, quām ut dici valeat fundata remanet prima pars prioris assumpti, quod nempe attenta simplici Monasteriorum, & quidem omnium reservatione, ambigi nequeat quin Monasteria electiva cadant sub regula secunda quantumvis de illis expressa non sit facta mentio, sed manifestius id suadet contextuallis reservatio Ecclesiarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, & Episcopalm hujusmodi, quippe Ecclesiarum tametsi ante regulæ secundæ editionem essent pro majori earum parte electivæ, electione ad Capitulum, & Clerum spectante, ut latè firmant Decisiones, quæ revidentur, & præter ibi allegatos latè differit P. Thomasin. par.2.lib.2. cap.3. Van. exper. par.1. tit.15. cap.2. Nihilominus illarum reservatio facta legitur absque ulla distinctione inter electivas, & collativas. Per hoc tamen nullus Doctor dixit, aut auserit dicere, quod sub dicta generali dispositio ne non venirent Ecclesiarum Cathedrales electivæ sub obtenu, quod de illis expressa mentio facta non fuerit, ideoque sine ullo pariter recto fundamento contenditur sub generali Monasteriorum nomine non cadere Monasteria electiva, dum Ecclesia prædictæ, & Monasteria noscantur reservata sub una, & eadem determinatione, ac verborum contextu contra ullam distinctionem, ubi enim lex generaliter loquitur, & non distinguit, neque nos distingere debemus cap. quia circa 22. de privileg., ubi Coelestinus III. Archiepiscopo Londinensi respondit si indulatum fuerit per verba indefinita conceptum, dum nihil excipitur de eo, quod

Pars VI.

indulgens excipere poterat, plenissimam interpretationem faciendam esse, neque debere unam, eamdemque substantiam diverso jure censeri, & concordat Text. juris Cæsarei in l. non distinguemus ff. de recept. arbitr. & l.2. §. Conveniri ff. de jūdic. Accidente etiam illo altero famigerato juris axiome, quod una, eademque determinatio plura respiciens determinabilia, non debet diversimodè interpretari quoad unum, ac alterum determinabile, quando præcipue eadem militat determinationis ratio ad Text. in l. nam hoc jure ff. de vulgar. & pupillar. Rot. dec. 129. n. 10. par. 8. & dec. 282. n. 12. coram Card. Celsi.

Non subsistente, quod ista parificatio non currat inter Capitula, & Monasteria, ex quo Cathedrales Ecclesiarum ortæ sunt cum ea qualitate, ut Episcoporum Electio spectaret ad Summum Pontificem tametsi postea ex Sedis Apostolicæ Benignitate tale jus ad Capitulum transiverit; Facultas verò eligendi sibi proprium Abbatem fuerit ingenita, adoleveritque cum ipsis Regularium Institutis, ideoque Papa magis lassifet jura Monasteriorum, quām Capitularium per suppressionem tituli Electivi.

Placuit siquidem responsio, qua ejusmodi objectum explosum fuerat in secunda hujus Causæ Decisione §. Quandoquidem, nimis quod jus eligendi sibi Prælatum, sive in seculari, sive regulari Ecclesia promanavit ab Indulgentia Papæ, & forsan hujusmodi Privilegium obtinuerunt Regulares prima vice à Pela glio Primo post medium sexti Seculi, ut habetur ex Epistola ab eodem Pontifice directa Melito Subdiacono registrata in dicto Canon. Abbatem il 4. 18. quæst. 2., idemque concessit S. Grègorius in Canon. sequenti, quam sit necessarium eadem quæst. 12. Et quoad Ecclesias seculares probat Fagnan. in cap. nullus num. 13. de elect. Et signanter Superiores Religionum totam eorum jurisdictionem à Pontifice recognoscunt, Sanchez ad præceptum Decalog. lib. 5. cap. 1. num. 20., ubi quod jurisdictione Prælatorum Regularium in subditos non consurgit ex vi, & natura votorum, sed derivatur à Summo Pon tile Religionem approbante, qui propterea Generalis Generalissimus omnium

Q. q. 2 Reli-

Religionum denominatur, ut notavit Murg. ad Constit. Benedict. Constit. 6. Alex. IV. n. 148., quibus consequens est, ut Monasteria dici nequeant habere jus Electivum ex propria natura essentialiter diversum ab illo quo Ecclesiæ Cathedrales primitus fruebantur, sed unum, & idem est ab unico fonte Pontificiæ auctoritatis derivatum, & ab ipso Papa quodcumque, veluti suum reassumibile citra alicujus injuriam, Gonzal. Super regul. 8. §. 1. procœmial. n. 45. cum duobus seqq. & §. 6. num. 8. & 9. Lotter. de re Beneficiar. lib. 1. quæst. 26. num. 40. & lib. 2. quæst. 33. num. 3. Passerin. de elect. cap. 6. quæst. prima n. 16. juncto n. 20.

Jam verò si ex hac tenus animadversis 17 verba, & contextus Regulæ secundæ clare evincunt comprehensionem Monasteriorum Electivorum, lucidissimè hoc ipsum pandunt rationes, ob quas Summi Pontifices illam ediderint; Duabus namque ex Causis originem reservationum processisse memoriam traditum est, quarum primam præbuit necessitas excutiendi è manibus Laicorum Beneficia Ecclesiastica, sub pluribus quippe pretextibus Principes Laici Prælatos Ecclesiæ Cathedralibus, & Abbatibus præficiebant, nulla prævia electione, vel si eligendi dabant licentiam eodem contextu Personam eligendam designabant, qui sanè abusus uniformi omnium Sacrorum Canonum Censuræ contrarius, inter alia quamplurima mala illud omnium pessimum publicæ Ecclesiasticorum Beneficiorum venalitatis progenuit, adeout teste Thomassin. de Benefic. cap. 39. n. 5. par. 2. quidam laudatissimus Scriptor sub Pontificatu Alexandri II., & Gregorii VII. memoriam proditum reliquerit, Aulam Imperatoriam veluti Emptorium fuisse, ubi Abbatiae venales prostrarent, ibi = Ut Abbatiae publicè venales profluantur in Palatio, nec quisquam tanti venales propone quæat, quin protinus Emptorem inveniat; Et quoniam hujusmodi usurpationes notable receperant incrementum sub Imperio Friderici Secundi, postquam in Romanam Ecclesiam cœpit palam insurgere, idcirco Gregorius IX. Canonicas in Imperio, & Siciliæ Regno electiones cœpit suspendere, sibique reservare, vacantibusque Sedibus, Episcopos, &

Abbates Romanæ Ecclesiæ fidos, & Friderici violentiis constanter adversos nominare, quas reservationes ad exemplum Gregorii facere continuarunt alii successores, ut præmissis ferè verbis testatur P. Christian. Lopus ad Canon. Concl. tom. 3. diss. 3. cap. 8. fol. 312. & cap. 9. fol. 223.

Post excusam alias non sine gravissima mis obicibus eligendi licentiam de Regum manibus, restitutæ fuerunt Capitulæ, Monachisque electiones, & usque adhuc illarum usus ubique locorum forsan vigeret, nisi successu temporis coquinatus esset aliis modis magis damnableibus, ut potè procedentibus ex facto ipsorum eligentium, qui ambitus, & avaritiae spiritu ducti penè omnes reddiderant electiones impacatas, vitiosas, nefariisque cupiditatibus maculatas: Ob hanc aliam propterea causam obstricti fuerunt Pontifex Bonifatius VIII., & Clemens V. potestatem eligendi ad se pertrahere, mediante reservationibus, adeout non nulli Scriptores, quos refert, & sequitur Franciscus Ramos del Manzano clari nominis juris Consultus Hispanus in Memoriali ad Alexandrum VII. porrecto, circa provisiones Episcopatum tunc vacantium in Regno Lusitanæ propos. secund. n. 3., crediderint Regulam secundam fuisse inchoatam à Bonifacio, & à Clemente editam. Veritas tamen magis explorata est, quod cùm Clemens V. non 19 admodum frequenter usus sit hisce reservationibus, sed crebrius, & ampliori jure illas ad usum deduxerit illius successor Joannes XXII: Natione Gallus, ferè omnes conveniunt Scriptores, tam Historici, quæ legales, Auctorem Regulæ secundæ fuisse nominatum Papam Joannem evitandi causa dissensiones, & labem Simoniacam, quæ generaliter ferè omnes comitabantur electiones, & præ ceteris Villanus in Histor. Florent. lib. 12. cap. 20., ubi refert, Joannem XXII. reservasse omnia Beneficia Collegiata Christianitatis, e tutti gli voleva dar egli, dicendo il faceva per togliere le Simoniæ. Ciaccon. in vita ejusdem Pontificis fol. 391. Thomassin. de benef. tom. 2. lib. 2. cap. 40. num. 9., & ex nostris Gomez in procœm. regul. quæst. 1. §. Redeamus, Bursatt. conf. 126. sub n. 18. Matta ad concordat. German. num. 35.

num.35. & quæst. 26. num.36. Corrad. de dispensat. lib.1. cap.6. n. 46. & 47.

Ex qua Historica narratione cum edocemur Principes Laicos manus injecisse non solum in provisionibus Ecclesiarum Cathedralium, sed etiam Abbatialium impediendo, seu directè, sive indirectè liberum Canonicarum electionum exercitium, quodque dissensiones, & discordiæ, pactaque illicita, quibus subinde restituta electiones ab intertinis ipsorum eligentium motibus, ac tractatibus conturbari, & coinquinari cœperint, æquè experiebantur in electionibus Prælatorum majorum, quam inferiorum, invincibile redditur, quod si ad obtruncandum duplicum hunc abusum deuentum fuerit ad reservationes contentas in regula secunda, procul dubio in eadem fuisse comprehensas, nedum Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales, verum etiam Monasteria electiva. Inverisimile quippe est, imò omni iustitiæ dictamini repugnans, Pontifices excutere voluisse à manibus Principum Ecclesias Cathedrales tantum, quando Monasteria eidem subjicebantur infortunio, quodque arcere studuerint dissensiones, & jurgia, pestemque Simoniacam ab electionibus majorum, & non inferiorum Prælatorum, contra omnia rectæ rationis principia, dictantia, ut vitia, quæ generaliter ex una radice nascuntur, una lege universaliter tollantur. *Can. si vis Christus. 1. quæst. 1. can. si quis per vetus 22. quæst. 2. leg. si libertam in fine C. de nuptiis Gloss. in cap. translato verbo, & quoties de constitut.* Concludendum propterea, quod ubi verba regulæ adeò clara non essent, qualia profectò superius ostendimus pro comprehensione Monasteriorum electivorum, adhuc tamen cum ratio, & causa motiva illa editionis esset communis, tam Ecclesiis Cathedralibus, quam Monasteriis electivis utriusque dignitatis, speciem amplecti fatendum est, ex regula, de qua in dicto cap. translato de *Constit. cap. præterea, & ibi gloss. de offic. de legat. leg. 2. ff. de jurisd. omnium judicium, & passim apud Doctores.*

Magis in aperto ponitur hujusmodi veritas prosequendo historiam controversæ reservationis, brevissimè percurrendo ea, quæ acciderint, postquam

successores Joannis XXII. in eadem continuarunt; Non minus namque Principes, quam Capitula, & Conventus Monastici adversus eamdem reservationem obstrepere cœperunt, instando pro restitutione electionum, ac præceteris Basileenses totos adhibuerunt conatus pro illis vindicandis, sed ab initio infelici exitu, non obstantibus namque eorum decretis Summi Pontifices regulas reservationis Episcopatum, & Abbatiarum, confirmarunt teste *Mandos. ad regul. 2. quæst. 12. n. 12. Cochier. ibidem n. 15. & 16. Bursatt. dicto cons. 126. num. 21. Germon. de Indult. Cardin. §. Ac Beneficia num. 8. & seqq. Fermosin. in cap. cum Ecclesia Sutrina quæst. 2. sub n. 11. de caus. posseff. & propriet.* Sed post Concilium Basileense nonnullis ex prædictis decretis rejectis, aliquibus verò receptis, ut refert *Aeneas Sylv. epist. 371.*, deuentum fuit inter Nicolaum, & Federicum II. Imperatorem, seu Nationem Germanicam ad Concordia, quorum vigore Germanis restitutæ fuerunt Episcopatum, & Abbatiarum electiones, mirabili quidem arcani Numinis providentia consilio, quippe quod cum in Germania electiones, & audaciùs fuerint, & diutiùs à Principibus oppugnatæ, ea ipsa nunc sit carum retinentissima, & una propemodum Christiani Orbis Provincia, in qua mediantibus ipsorum Principum Instantiis adhuc vigeant, sunt ferè verba doctissimi *Thomassin. de Benefic. par. 2. lib. 2. cap. 38. num. 10.*, ubi lato calamo differit de hisce Concordatis, & referunt etiam *Spondan. anno 1457. num. 5. & Raynald. eodem anno n. 47.* In aliis namque Regnis sublati electionibus factæ fuerunt reservationes, sed successivè variis de causis indultum fuit Principibus jus, aut præsentandi, aut non minandi, quorum primum præsentandi habet Rex Catholicus ad quascumque Ecclesiæ, & Monasteria in Hispaniarum Regnis vigore Indulti Adriani VI., & aliorum Pontificum, ut referunt *Cortiada dec. 7. num. 35.*, & magis latè in *decis. 253. à num. 17. ad num. 78. & dec. 257. num. 1. Solorzanus de jure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 2. & 3. Pegas de competentiis part. 1. cap. 8. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 3. n. 8. & à num. 29. ad num. 34. Rota apud Coccin. dec. 1023. n. 1.*, &

& secundum nominandi obtinet in Bel-
22 gio ex Indulso Sixti V., ut apud Spad.
conf. 134. n. 2. 3. cum sequent. lib. 1., simi-
liter Rex Christianissimus consecutus est
Privilegia nominandi à Leone X. pro Du-
catu Britanniæ, & pro Provincia Provin-
ciæ. Ab Alexandro VII. pro Tractu Me-
thensi, Tullenſi, & Virdunensi. A Cle-
mente IX. pro ditionibus Gallo Belgicis,
& Comitatu Ruscinonis, & demum ab
Innocentio XI. pro Comitatu Burgundiæ,
ut latè tradit P. Thomassin. d. cap. 40. per
tot., ubi n. 6. optimè occurrit Spondano
nomine Gallicani Cleri conquerenti ob-
rescissas Capitulorum, & Monachorum
electiones priùs mediantibus reservatio-
nibus, & postea nominationum conce-
ssionibus in favorem Regum.

Ex quibus duplex eruitur ponderatio
efficaciter comprobans Monasteria ele-
ctiva cadere sub reservatione Regulæ se-
cundæ, quarum primam præstant Basileen-
sium querelæ, decreta, atque subse-
cuta Concordata. Ad quid enim tanto
strepitu Basileenses, Principum Germa-
norum auctoritate muniti, conquesti
fuissent de ablatis, & rescissis electionum
juribus, ad Capitula, & Monachos spe-
ctan., si reservationes non amplecteren-
tur Monasteria electiva, sed ea pauca, quæ
Conventu carebant, quævè commendari
solita erant, & quomodo subinde Mona-
chi Germani obtinuerint in vim Concor-
datorum pristinam libertatem eligendi,
quatenus antecedenter Regulæ secundæ
reservationes illam non sustulissent ?
contra regulam, quod restitutio juris sup-
23 ponit illius antecedentem ablationem,
sicuti privatio præsupponit habitum leg.
decem 117. ff. de verb. obligat. leg. remit-
tit ff. de jur. jur. Everard. in topicis legali-
bus loc. 6. Rot. dec. 242. n. 4. & decis. 307.
num. 1. part. 2. rec. & in Firmana jurisdi-
ctionis super reservatis 15. Aprilis 1701.
§. Habere assertiōnem, coram Me.

Indulta nominandi, & præsentandi
Principibus concessa secundam excitant
ponderationem, nihil enim magis omni-
bus exploratum est, quæm ut Causam dd.
Indulorum tribuerint generales reserva-
tiones Ecclesiæ Cathedralium, & Mo-
nasteriorum, quas Pontifices ad sui favo-
rem constituerant, adeo ut Pontifices in
illis concedendis non tantum derogave-

rint SS. Canonum dispositioni Capitulis,
Cathedralibus, & Monachis jus eligendi
tribuentibus, quam regulis Cancellariæ
generalem illorum continentibus reser-
vationem, ut videre est ex tenore ipsorum
indulctorum, quæ per extensum refert
Doviat. in specimen. juris Gallici quæst. 2.
pag. 35. cum seqq., & apud Pinson. in tract.
des regales, & in notis Summariis ad Regia
Indulta. Si igitur Pontifices concesserunt
Principibus Laicis jus nominandi, & præ-
sentandi ad Monasteria post factas sepe-
dictas reservationes, illis in forma spe-
ciali derogando, manifestum consurgit
argumentum, sub illis fuisse comprehen-
sa l. 1. §. Dejicitur ff. de vi, & vi armor.
cap. fin. 3. quæst. 3. Alex. conf. 151. num. 2.
lib. 6. Surd. conf. 160. n. 39.

Ut hinc jure merito, tam Historici,
24 quæm Juris Consulti Sribentes super
origine, & intelligentia dictæ Regulæ se-
cundæ Cancellariæ pro absoluto suppon-
nant, ac firment eam comprehendere
Monasteria electiva, ut ex Histor. refert
Villanus loco supra citato, & P. Thomassin.
locis pariter supra laudatis, & signanter
part. 2. cap. 38. num. 10., quibus additur
Rouffell. lib. 2. Histor. Jurisd. Pontific. cap. 3.
n. 4. & seqq. Card. Offat. epist. 296. Et Ju-
ris Consultorum plenus numerus recen-
sus fuit in decisionibus Causæ, quibus additur
Card. Zabarell. conf. 5. num. 2.
Card. Tusc. ver. Beneficium conclus. 75. n. 3.
Simonett. de reservat. quæst. 39. num. 2.
Nicolai. ad concord. German. §. 19. Sot. ad
hanc regulam secundam n. 5. & 6. qui una
voce fatentur per regulam secundam
fuisse rescissas electiones, quodque Ger-
mania excepta, ab Aula recesserit titulus
electionis, itaut ex eo parum, aut nihil
lucentur Advocati, & in specie obser-
vant Bursatt. dicto conf. 126. n. 20. Matt.
ad Concordat. German. n. 37. & 38.

Quemadmodum etiam ex præmissis fa-
cili negocio eliminatur objectum, quod
reservatio Abbatiarum in regula secunda
restringi debeat ad jus confirmandi elec-
tiones. Nam si juxta superius dicta, &
firmata communis omnium sensus est, Re-
gulam sustulisse electiones, necessarium
consequens est non reservasse solam illa-
rum confirmationem supponentem ante-
cedens ipsarum exercitum. Et profectò
cum Pontifices reservaverint Monaste-
ria,

ria, avocarunt à Monachis facultatem de illis quoquo modo disponendi, dum reservatio communiter definitur Beneficij vacaturi per Papam à se facta avocatio. *Æneas de Falcon. de reservat. quaest. I. n. 1.* *Simonett. eodem tract. quaest. I. num. 1. P. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 34. quaest. 1. Fragos. de Regin. Reipub. Chrift. tom. 2. lib. 3. disput. 9. §. 3. num. 78. in fin. Tondut. de re benefic. tom. 1. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 1.* Per confirmationem autem non avocatur à Monachis facultas eligendi, sed facta electio supponitur Pontificiæ approbationi, ut de se patet, ac planè comprobat prima decisio Causæ §. 19.

Hanc veritatem mirificè confirmat Constitutio 86. tom. 2. Bullar. san. mem. Pii Quarti, in qua facta distinctione inter Monasteria perpetua electiva excedentia valorem florenorum 200. nullumque habentia privilegium eligendi resistens reservationibus Apostolicis, ac inter alia consimilia hoc privilegio speciali munera, refertur prima tanquam reservata, esse providenda per Sedem Apostolicam mediante Collatione, altera verò secundæ speciei spectare ad Canonicanam electionem Conventuum, & ad confirmationem Sedis Apostolicæ, ex qua Pontificia declaratione duo inferuntur. Alterum, quod sub Regula secunda cadant Monasteria electiva. Alterum, quod ipsius reservatio verè comprehendat jus disponendi, & conferendi, & non electiones tantum confirmandi, qua interpretatione, utpote procedente ab ore Pontificio, nulla melior desiderari potest ad rectam propositæ questionis resolutionem per ea, quæ tradunt *Mantic. dec. 59. num. 11.* & *dec. 217. n. 4. & 5. coram Royas, & dec. 114. par. 6. rec.*

Idque etiam evidens efficitur ex stylo Dataria, & Cancellaria, quæ non approbant, neque confirmant electiones nisi in tribus casibus, nempe concordati, consuetudinis immemorabilis, & specialis privilegii, quibus cessantibus provident Abbatias Regulæ secundæ subjectas eodem modo, & formula, quibus provident Episcopatus, ut testatur *Mandos. in tract. de signat. Grat. tit. de confirmat. §. Electiones.* & adnotatum reliquerunt Abbreviatores de Patro in quodam manu scripto relato in hodierno *Summ. Data-ria.*

Hinc transeundo ad ultimum assumptum observantiæ, tam generalis, quam individualis, utraque certè confirmat, 26 Regulam secundam comprehendere Abbatias electivas. Siquidem, quod spectat ad generalem, nulla adducta fuit posterior electio, quæ illam destruat, quia si loquamur de electionibus Monasteriorum Germaniæ, istæ factæ fuerunt, die timque sunt vigore Concordatorum, quapropter nihil obstant geminæ provi- fiones Monasterii Lobien. datae in ho- dierno *Summario Patris Maillet n. 8. & 9.* situm quippe est dictum Monasterium in agro Leodiensi, & in ea parte Diœcesis Cameracen., in qua vigent concordata Germaniæ, ut firmant *Nicolart. ad eadem concordata tit. 3. dub. 1. §. 5. Vvamef. conf. 33. num. 13. Leonin. conf. 50. per tot. Zy- peus consult. 3. n. 6. 19. & 25. & consult. 6. num. 8., & dixit Rota in Romana Exem- ptionis Calceolariorum 22. Junii 1693. §. finali, coram bo. me. Emerix. Idemque di- citur de Monasterio S. Mariæ de Altaripa Lausaniæ. Diœcesis, in qua locum quo- que sibi vindicant concordata Germaniæ, cum Lausanna sit urbs Heluetiæ, sicuti te- statur *Baudran. in lexicon verbo Lausa- nium, seu Lausanna. Hoffman. in verbo Lausanna.**

Si verò sermo est de Monasteriis Po- loniæ, & in hoc Regno vigent consuetu- 27 do immemorabilis, & privilegia Aposto- lica, quibus præcipue gaudent Monachi Cisterciensis. Unde nihil urgent exempla electionum Abbatiae Landensis Ordinis Cisterciensis, de qua *dicto Summario n. 3.*, & Montis Calvi Cracovien. Diœcesis *dicto Summario num. 5. & 6.*, prout etiam, nec concluderet electio Monaste- rii Cracovien. de Clara Tumba Ordinis Cisterciensis, de quo in *dicto Summ. n. 4.* Ceterum nullatenus probatum fuit, hu- jusmodi Abbatiam esse Concistoriale, & taxatam in libris Cameræ, imò liquet de negativa, ex Taxa Abbatiarum im- pressa post *Tamburinum de jur. Abbat. fol. 498. §. Cracovien.* Unde ex hoc alio capi- te non cadit sub Regula secunda, re- quirente valorem annum 200. floreno- rum.

Aliarum autem Regionum nullum af- fertur, neque afferri potest exemplum 28 electionum Regulæ obstativum. In Italia nam-

namque Abbatiae sunt triennales, manuales, & à Capitulis generalibus providentur; hancque ob causam sub regula non comprehenduntur ad evitandum absurdum, quod Provisus à Papa debeat ab inferiore removeri, ut notarunt Cochier. ad hanc regulam n. 17. Cortiad. decis. 153. num. 35. Coccin. dec. 1523. n. 13. cum aliis relatis in prima Causa Decisione. In Gallia, in Hispaniis, & in Belgio Reges 29 Catholicus, & Christianissimus obtinent indulta nominandi, & praesentandi, in Portugallia Rex habet jus supplicandi, quamobrem in sola Lotaringia ista Regula verificabilis remanet, cum careat concordatis, privilegio, & consuetudine, & sic sensim fit transitus ad observantiae particularis indagationem.

30 Caret inquam concordatis, quia Lotaringia sub illis Germaniae non comprehenditur, ut latissime refert Card. Offat. in præcitat. epist. 296. eoque adducto Thomasassin. dicto tom. 2. cap. 40. sub n. 9., & resolutum fuit per Rotam in Virdunen. Electionis Episcopatus 15. Octobris, & 15. Novembris 1593. coram Cardinali Pamphilio, & coram Coccin. dec. 2245. num. 30. & seqq. Nec minus obtinet privilegia. Nam adducta in prima Causa propositione abunde confutat prima Decisio à n. 20. usque ad finem. Neque demum viget consuetudo, cum de illius Abbatii ferè semper providerit Papa, ut testatur Card. Offat. in sepedicta epist. 296. ibi = *La riputazione di V. M. in questa Corte non comporta, che il vostro nome, e la vostra potenza siano impiegati ad abbattere l'autorità del Papa, ed a spogliare la Santità Sua del Possesso, nel quale si trova di provvedere a queste Bandie. E che per far ottenere ad un Particolare ciò che non l'appartiene, Vostra Maestà si ponga in cattiva intelligenza col Papa =*, & post enarratam electionum Historiam à Joanne XXII. rescissarum hæc addit. = *Si come Vostra Maestà non puol esser ripresa di conservare il dritto delle nomine, ne' luoghi, ove non sono in uso, non è decente, nè espiciente per i vostri affari, che V. M. per l'appetito d'un Particolare si affatichi di risuscitare l'elezioni già estinte contro il Papa regnante, che ha trovato le cose in questo stato, e che non fa altro, che mantenersi nel Possesso transmesso gli da' suoi Antecessori, & reassumit Thomassin. dicto cap. 40.*

n. 9., ex quorum Testimonio confunditur prætentio P. Maillet, quod Monachi Lotaringi à Joanne XXII. usque ad annum 1480. fuerint in possessione eligendi, non obstante exemplo electionis factæ de Anno 1455., illiusque confirmationis concessæ à Calixto Tertio, quia est unicum, & mandatum de confirmando, & non confirmatio, quo secluso nullum datur alterum exemplum, quod Monachi elegerint, & Sedes Apostolica electionem confirmaverit, quinimò constat Anno 1515. Monachos postulasse, & non docetur, postulationem fuisse admissam, ac rursus apparet Anno 1634. elegisse, & electionem fuisse rejectam, ut ex *Summario Monachorum sub die prima propositionis distributo n. 12.*

31 Non omissa altera ponderatione facta in secunda Decisione Causæ, quod scilicet antiquitus in reservatione Regulæ secundæ apponebatur clausula *quatenus Summi Pontifices illa uti voluerint*, atque idem tunc non repugnabat observantiae regulæ, quod Summus Pontifex admitteret electiones, cum ab ejus libera voluntate penderet uti reservatione, vel eam dimittere juxta Votum editum à bmo. Card. Corrado in Bisuntina Postulationis 16. Junii 1657. §. Non obstat, & §. seq. Idque comprobatur ab exemplo ipsiusmet Papæ Calixti, qui Anno 1456. confirmavit electionem factam à Canonicis Vercellensis de Gregorio Giliaco Archidiacono in ipsius Ecclesiae Episcopum, ut narrat Cusan. in vitiis Episcop. Vercellen. disc. 93., quapropter sicuti erraret, qui diceret Episcopatum Vercellensem non cadere sub Regula secunda, ex quo Calixtus Anno 1456. admiserit Canonicorum electionem, ita pariter erroneum, est prætendere, quod Monasterium, de quo agitur non cadat sub eadem reservatione, ex quo idem Calixtus Anno præcedenti Monachorum electionem confirmari mandaverit, præcipue quia, ut præfertur, non exhibitur alii actus electionum, ex quibus concludi possit consuetudo immemorabilis inducens præsumptionem privilegii Apostolici, imò concurrunt actus contrarii electionum rejetarum, ex congestis per Rota dec. 48. n. 14. cor. Bichio, & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. 2. coram Me, & in Firma- na

na Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. Praeterea cor. Me.

Cæterum omnem submovet amaritudinem Breve Pauli V., in quo expressè dispositum, & cautum fuit, ut Collationes, & provisiones Monasteriorum Ordinis S. Benedicti in Lotaringia ad S. Sedem Apostolicam, ut prius pertinerent, ita nullus de illis præter Romanum Pontificem pro tempore existentem ullo modo disponere possit, per quæ citra ullum dubitandi locum antiqua generalis reservatio fuit confirmata, & nova specialiter inducta, ut dictum fuit *in prima Decisione n. 27. & seqq.*, nec hæsitari potest, quin hujusmodi Breve fuerit ad observantiam deductum, quia vacata paulò post illius publicationem Abbatia S. Naboris Congregationis SS. Vitoni, & Idulphi, cum Monachi devenissent ad electionem, eam uti nulliter, & de facto emanatam rescidit dictus Pontifex, de ipsaque dispositio virtute suarum antecedentium Literarum ad S. Sedem Apostolicam spectabat, ut constitit ex ipsis Literis transcriptis *in hodierno Summ. Datariæ litt. C.*

Denuò hoc idem Monasterium vacavit sub Urbano VIII., à quo provisum fuit favore Caroli de Bourlemont, & quia Monachi elegerunt P. Pulchronium, inter ipsum, & Provisum Apostolicum orta fuit quæstio, delata postea ad Sac. Rotam, quæ licet primo loco respondisset pro nullitate electionis ob non servatum *Capitulum quia propter*, ac non pétitam à Sede Apostolica confirmationem juxta concordata Germaniæ, quæ per viam 32 extensionis locum habere in Diœcesi Methen. *Rota* tunc supposuit, ut videre est *in tota decisione 43. Dunoz. Jun.* Pro secunda tamen vice proposita Causa, exhibitoque Breve Pauli V., nec non alio rescripto Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, confirmato in speciali forma à sa, me. Urbano VIII. recessum fuit à Decisis, *ut in decisione 73. per tot. ejusdem Dunoz. jun.* Quibus stantibus constat ad evidentiam de praxi Datariæ favorabili non admittendi electiones Monachorum hujusmodi Congregationis SS. Vitoni, & Idulphi, etiam in iis locis, in

Par. VI.

quibus vigere concordata Germaniæ erroneè suppositum fuerat, ergo multò magis in isto Virdunen. Diœcesis, in quo certum est nunquam viguisse concordata, remanetque per consequens quælibet observantia contraria, quatenus adeset, sublata per posterius Breve Paulinum, & Sacrae Congregationis Rescriptum per viam legis universalis emanatum, ut animadvertisit *Rota dicta dec. 73. in fine coram Dunoz. Jun.*

Non turbante nupera provisione Monasterii S. Petri de Luneville facta sub fine Pontificatus sa. me. Innocentii XII. Tum quia est de ordine diverso, nempe Regularium S. Augustini, qui forsan habere possunt speciale privilegium Regularum Cancellariæ derogatorium, prout illud obtinent Canonici Præmostratenses sub eadem regula militantes, de quo *Rota in dec. 41. coram Verall.* Tum quia constat patenter dictam expeditionem processisse ex errore, cum suppositum fuerit, Monachos intrà sex menses non elegisse, & tamen cum vacasset per obitum Commendatarii nulla requirebatur elec̄tio Monachorum, ut dixit *Rota cor. Cocin. dec. 2245.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Regula secunda Cancellariæ non comprehendit beneficia simultaneæ præsentationis; An autem comprehendere intendat, quando hæc simultanea est divisa per Turnum? Vide prout in corpore.

S U M M A R I U M.

- 1 *Literæ subreptitiae non sunt exequenda.*
- 2 *Beneficia simultaneæ collationis, aut præsentationis non cadunt sub Regula secunda Cancellariæ. Quid si hujusmodi simultanea sit divisa per Turnum? Vide num. 3.*

Rr

CA-

CASUS II.

Vacavit Beneficium A de Jurepatronatus Episcopi, & Titii Sede Episcopali vacante; Causa obtinuit illud à Sede Apostolica, cum expressione, quod esset illi reservatum, in vim hujus *Canonis XV.* Quæritur an Literæ Apostolicae Impetrationis Beneficii obtentæ à Ca-jo sint exequenda?

1. Respondeo negativè, quia dictæ literæ sunt subreptitiae cùm deficiat verificatio reservationis Regulæ secundæ, in qua consistit totum fundamentum gratiæ, Rota coram Ubald. decif. 300. num. 2. & 3., & in recent. decif. 472. num. 69. par. 19., & in Parmen. Beneficii 28. Januarii 1701. §. Cum enim, coram R.P.D. Scotto impress. apud Pitonium discept. Eccles. 25. num. 40., & in Cremon. Beneficii 3. Decembris 1706. §. Præmisso, coram R.P.D. Lancetta.

2. Et sanè cessat in hoc casu reservatio Regulæ secundæ, licet enim ista reservet Beneficia, & Dignitates vacantes Sede Episcopali vacante, & spectantes ad collationem Episcopi ante adeptam Ecclesiæ possessionem, attramen excipit in corpore beneficia, & dignitates simultaneæ collationis, præsentationis, vel electionis, ibi = Non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia = Ex qua exceptuatione exclusa remanere Beneficia, & Dignitates, quæ habent consocium in jure conferendi, vel præsentandi communiter adver-tunt Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 2. §. 2.

num. 20. *Lotter.* de re benefic. lib. 2. quæst. 34. num. 8. *versic.* unde *Gabriel.* conf. 187. num. 3. & seqq. lib. 1. *D. Piton.* d. discept. *Eccles.* 12. sub n. 17.

3. Et solùm quæstio restringitur in vi-dendo, an sicut regula excipit Beneficia, & Dignitates simultaneæ Collatio-nis, seu præsentationis, ita etiam excipere intendat, quando hæc simultanea est divisa per Turnum inter duos Colla-tores, vel Patronos; In quo articulo regula est affirmativa, quod etiam stante divisione per Turnum non habet locum reservatio, ea ratione, quod illa fundatur in ratione occurrenti diutinæ vacationi Beneficiorum tempore, quo vacante Sede Episcopali, non adest Collator, ne-que Patronus respectivè, quando Episco-pus habet jus præsentandi, quæ ratio cessat, quoties supponimus adesse con-turnarium, qui in defectum alterius per jus accrescendi, seu non decrescendi po-test conferre, seu præsentare, ad Benefi-cium, seu Dignitatem vacantem, ut fir-mant Gonzal. ad regul. 8. gliss. 45. §. 3. num. 44. & seqq. Castropal. tract. 13. de Benefic. disput. 2. punct. 8. num. 5. Tondut. quæst. Benefic. part. 5. cap. 1. num. 234. cum seqq. *Barbosa de potest. Episcop.* al-leg. 57. n. 90.

Cum igitur Sede vacante adest Titius Compatronus; qui coram Vicario Ca-pitulari habente jus instituendi, potuit præsentare, cessat ratio fundamentalis reservationis Regulæ secundæ consistens in defectu Collatoris, seu Patroni, qui possit conferre, seu præsentare ad oc-currentum diutinæ vacationi Beneficio-rum; ut dixi in *Commentario.*

CANON

C A N O N X V I

PIUS V. *Constit. LVIII.* §. 3. 4. & 6. *Bull. Rom. Tom. 2.*

Quanta Ecclesia Dei incommoda: *Et infra:* Episcopi, & alii facultatem habentes, eorum dumtaxat resignations recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut criminis obnoxii, censuris Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel Beneficio inservire, seu qui unum aliud, vel plura Beneficia, obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoveri, Religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur: Denique quis ex aliis casibus acciderit, qui *Constit. fel. record.* Innocentii Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesiis edita continentur, qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco Beneficii residere securi, sed nec horum ullus sacro ordini mancipatus, nisi Religionem, ingressurus valeat ullo modo beneficium, vel officium, Ecclesiasticum resignare nisi aliunde ei sit, quo in vita, possit commodè sustentari. Ad hæc Beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis Sanctonibus, & Apostolicis Constitutionibus permittuntur. Caveant autem Episcopi, & alii præscripti, itemque omnes Electores, Præsentatores, & Patroni tam Ecclesiastici, quam Laici, quicumque sint, nè verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in hujusmodi Beneficiis, & officiis successores ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscumque intercedat. *Et infra:* Qui verò contrafecerint, ut in eo, quo deliquerint, puniantur, à Beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione,

Ann. 1568.

Pars VI.

R r 2

ne,

ne, & institutione, prout cuique competierit, tandi suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere; & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subjacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quoad personas; quò verò ad Capitula, & Conventus, à divinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus aliis, quām ipse Romanus Pontifex, sive absolutionis, sive relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire.

CANON XVII.

GREGORIUS XIII. *Constit. LXXXV. §. 1. 2. 3. & 4. Bull. Rom. Tom. 2.*

Ann. 1584. **H**umano vix judicio: *Et infra:* Nos hoc malum, prout occasio, necessitasque postulat, coercere volentes, statuimus, ut post hac omnes, & quæcumque resignationes, etiam causa permutationis, ac commendarum, & etiam literis Apostolicis non confectis, & possessione non habita, nec non litis, & jurium quorumcumque concessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, in nostris, seu Romani Pontificis pro tempore existentis manibus, ac etiam coram Notario publico, & Testibus sient, & à nobis, vel illo, seu nostro, vel illius mandato admittentur, & super eis provisiones, & quæcumque aliæ dispositiones sive temporales, sive perpetuæ, aut ad hoc mandata Apostolica sub quacumque forma, & quibuscumque etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac Piis Locis quocumque Privilegio suffultis facta publicari debeant cum literis Apostolicis desuper confectis, intrà sex menses, si Beneficium citra Montes fuerit, ultra verò intrà novem à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus

sensus numerandos, etiamsi postea concessio gratiae hujusmodi ex quavis Causa, diversisque subsequentibus datis, ac quotiescumque, & quovis modo reformata, & valida redditia fuerit, pluresque, & quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsummet primum resignantem, vel cedentem retrocessiones termino praescripto non dum elapso intercesserint, itaut unicus dumtaxat terminus omnibus his successivis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, ut qui postremus gratiam habuerit, publicationem hujusmodi facere, cæteraque omnia hic praescripta intrâ eumdem terminum praestare teneatur; Ipsa autem publicatio in Cathedrali, & in Beneficii Ecclesia, vel Ecclesiis, si in pluribus illud sit, fiat ubique, dum frequens Populus ad Missarum solemnia convenerit, palam omnibus literæ Apostolicæ praescriptæ, earumve transumptum authenticum exhibeat, claraque, & intelligibili voce, resignatio, seu cessio hujusmodi, ac Beneficii qualitas, & invocatio, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius, in cuius favorem gratia hujusmodi facta est, pronuntientur itaut hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium, verisimiliter pervenire, scriptoque de his omnibus exemplo collato, valvis dictarum Ecclesiarum affixum relinquatur. Si verò Ecclesia Beneficii ruralis sit, aut Populo, conventuque careat, eo casu in Parochiali, intrâ cujus Parochiæ limites beneficium ipsum consistit, & in Cathedrali Ecclesia, vel si locus bello, seu peste, aliisve manifestis periculis subjaceat, tunc in proxima Parochiali, ac etiam in Cathedrali Ecclesia, vel si aditus ad illas, aut utramvis minimè sit securus, in alia Cathedrali, vel Parochiali viciniori periculorum immuni publicatio hujusmodi peragatur. Is quoque, in quem disponi, vel mandari de Beneficio etiam litigioso, vel accedente non possesso, sub quacumque forma contigerit possessionem Beneficii intrâ dictum tempus vigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehendere debeat, etsi propter litem,

aut

aut aliud legitimū impedimentū ne quiverit saltē literas Apostolicās cum earum publicatione, si tunc facta erit. Judici, seu Executori illarum, vel aliis, ad quos pertinet, per se, vel Procuratorem suum legitimū intrā idem tempus præsentare, & apud illum, vel illos pro ipsarum literarum executione instare, & possessionem hujusmodi instanter petere teneatur.

Cæterum modus, & forma hīc tradita semper, & ubique debeat observari, nec alia, vel æquipollens ullo modo admitti in omnibus hujusmodi resignationibus, cessionibus, & retrocessionibus de quibuscumque Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, tam virorum, quam mulierum Dignitatibus, Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis Sæcularibus, & quorumvis ordinum, etiam militiarum, regularibus, etiam electivis, & manualibus, ac etiam de jurepatronatus Laicorum Illustrium, & aliās quomodocumque existentibus, sive pacificis, sive in petitorio, sive in possessorio litigiosis, etiam de quibus in Consistorio nostro disponi consuevit, seu debet, quæ post hac ex quacumque causa fient, & per nos, ac prædictos successores, extra tamen dictum Consistorium administrationis Possessionis fructuum etiam omnium, ac rerum, & jurium quorumcumque. Ad prædictorum tamen observationem eum, in quem juris fit cessione Beneficii, quod tempore cessionis hujusmodi, & ante illam vigore literarum Apostolicarum, ut supra, si ad id tenebatur, publicatarum realiter possidebat, nolumus obligari.

COMMENTARIUM.

EX his Canonibus sequentes deducuntur conclusiones.

Prima = In RESIGNATIONE BENEFICIORUM PATRONALIUM, QUÆ FIT IN MANIBUS ORDINARIORUM CAVERE DEBENT PATRONI TAM LAICI, QUAM ECCLESIASTICI, NE AB IPSIS RESIGNANTIBUS, VERBO, AUT NUTU, VEL SIGNO FUTURI SUCCESSORES IN EISDEM BENEFICIIS DESIGNENTUR SUB POENA SUSPENSIONIS & PRÆSENTATIONE = .

Secunda = RESIGNATIONES BENEFICIORUM ETIAM DE JUREPATRONATUS FACTÆ IN MANIBUS SUMMI PONTIFICIS PUBLICARI DEBENT INTRA SEX MENSES, SI BENEFICIA SINT CITRA MONTES, SI VERO ULTRA, INTRA NOVEM MENSES = . Quas conclusiones sequuntur etiam *Paris. de resignat. lib. II. quæst. 6. num. 65. Garz. de Benef. part. II. cap. 3. num. 173. Quaranta in summ. Bullar. pag. mibi 101. & 108. Ventr. in prax. par. 2. annot. 4. §. 1. num. 38. & 45. & §. 2. n. 15. 58.*

& 79.

¶ 79. *Barbos.* de offic. & potest. *Episcopi* par.3. alleg.69. n.47. *Vivian.* de jurepat. lib.13. cap.10. num.80. *Gratian.* discept. 596. num.8. *Card.* de *Luc.* de jurepat. disc.65. num.31. & de benef. disc. 39. num.3. & disc.36. num.5. & disc.40. num.9. & disc.94. num.1. & 2. *Rot.* dec.190. num.5. par.5. & dec.140. num.4. par.10. rec.

1. Quia in Beneficiorum Resignationibus fraudes, machinationes, & multa alia illicita frequenter committebantur; hinc S. Sedes Apostolica, quæ semper tamquam pia Mater sollicitè incubuit, nè beneficia, quæ à Fidelium largitionibus constituuntur, per execrabilem avaritiam, & illicitas machinationes subdolè veniant in damnabili commercio, in eorum grave præjudicium, ac incommodum; in his *Canonibus* præscriptis Episcopis nè reciperent Beneficiorum resignationes nisi ex causis ibi enumeratis; prohibuit eisdem Ordinariis beneficia resignanda conferre eorum, vel resignantium Consanguineis, inhibuitque Patronis antecedenter designare successores ad suggestionem resignantium sub poena suspensionis à præsentatione, ac præcepit hujusmodi Resignationes beneficiorum etiam Patronalium publicari loco, & modo hic expressis, cum hac distinctione, quod si agatur de resignationibus faciendis ad favorem certæ Personæ in manibus Summi Pontificis, istæ publicari debent intrà sex menses, si Beneficia sint citra montes, si verò ultra, intrà novem menses; si autem agatur de resignationibus simplicibus, aut reciprocis, sive de permutationibus faciendis in manibus ordinariorum, istæ ab eisdem Ordinariis admitti, vel rejici debent intrà mensem, & à Provisis intrà tres menses à die sibi factæ provisionis publicari, declaravitque nullas resignationes, & cessiones factas prædictis minimè observatis, ac sibi reservavit beneficia nulliter ob non servatam formam præscriptam resignata.

Quoad has Conclusiones infra scripti differuntur Casus.

ARGUMENTUM.

De requisitis necessariis ad validitatem Resignationis Beneficiorum Patronalium.

SUMMARIUM.

- 1 *Resignatio quotuplex* sit? Vide ibi.
- 2 *Ad validitatem simplicis resignationis Beneficii patronalis in manibus Ordinarii plura requiruntur;* & quæ sint? Vide ibi, & num.3. 4. 5. 7. & 8.
- 4 *Ordinarius nequit conferre Beneficiam in ejus manibus resignatum, propriis, aut resignantis Consanguineis, vel familiaribus;* Limita, ut ibi.
- 6 *Resignatione beneficii, ad cuius titulum, quis est promotus acceptata, Ordinarius providere tenetur Resignantem.*
- 9 *Pro validitate resignationis simplicis non exigitur consensus Patroni.*
- 10 *Ad validitatem resignationis conditionalis, seu in favorem plura requiruntur,* & quæ sint; Vide ibi, & num.11. 12. & 13.
- 14 *Resignans beneficium patronale in favorem certæ personæ malitiosè absque consensu Patroni, nulliter resignat,* & est

beneficio privatus; secus si non malitiosè, ut n.15.

- 16 *Referuntur requisita ad validitatem resignationis reciproce, seu permutationis beneficiorum,* & n. 17. 18. 19. 20. 21. & 22:
- 23 *Consensus Patroni, ex quibus presumatur intervenisse in permutatione beneficij patronalis.* Vide ibi, & num.29. & 30.
- 24 *Passivè vocatus obtinere debet beneficium patronale, etiam si à Patronis nominatus non fuerit.*
- 25 *Augens notabiliter primævam dotem beneficij potest in limine redotationis apponere leges sibi benevisas.*
- 26 *Patronus non potest onus passivæ vocatio- nis adjectum à redotante rejicere, & acceptare commodum augmenti dotis;* Amplia, ut ibi.
- 27 *Consensus præstitus à Patrono permutatio- ni beneficij consumit jus illud, quod ipse habet ex dispositione Fundatoris, semel in prima beneficij vacatione præsentandi.* Amplia, ut n.28.
- 31 *Consensus Patroni requisitus in permuta- tione beneficij, quando intervire debat?* Vide ibi.
- 32 *In Patroni arbitrio residet permutationi beneficij consentire, nec nè.*

CA-

C A S U S I.

AD materiam horum *Canonum*, & pro Tyronibus, enumerantur hic requi-
sita necessaria ad validitatem resignatio-
nis beneficiorum Patronalium.

1. Resignatio, seu renunciatio beneficij alia est *simplex*, scilicet quando Beneficiatus purè, & simplicitè resignat beneficium in manibus Superioris; alia est *conditionalis*, seu in favorem, nimirum, quando beneficium renunciatur, & resignatur favore alicujus, cum, vel sine reservatione pensionis favore renunciantis. Et alia est *Reciproca*, videlicet, quando unus Beneficiatus renunciat suum beneficium favore alterius, & hic renunciat etiam suum beneficium favore primi; Quæ renunciatio dicitur etiam ex causa permutationis, seu permutatio *Text. in cap. 1. de rer. permut.* & *in Clement. 1. eod. tit. Gratian. discept. 835. n.7.*

2. Ad validitatem simplicis resignationis Beneficij requiruntur primo causa justæ, hic à D. Pio enarratæ, nimirum debilitas, & senectus, infirmitas, impedimentum, sive vitium corporis, ignorantia, conscientia criminis, irregularitas,odium Plebis, & capitales inimicitiae, ad scandalum sedandum, censuræ, ligamen, incompatitas serviendi in beneficio, Pluralitas beneficiorum, Religionis ingressus; Ex istis enim causis possunt beneficiati beneficia renunciare, & Ordinarii renunciationes admittere, uti antecedenter fanci-
tum fuit ab Innocentio III. in *cap. n. 1. scilicet cum pridem de renunciat.*, & tradunt *Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 4. §. 1. per tot. Quaranta in Summ. Bullar. verb. Beneficiorum resignatio.*

3. Requiritur secundò, quod ab Ordinariis, vel Patronis, non designetur successor antecedenter ad suggestionem resignantium. *Ventrigl. ubi supra n. 38.*

4. Tertiò requiritur quod renuncietur, seu resignetur beneficium coram Papa, aut coram Ordinario, aut alteri inferiori collatori, qui tamen non potest conferre dictum beneficium simpliciter resignatum propriis familiaribus, aut consanguineis, nec etiam consanguineis resignantis; Quod existimo non procedere si consanguineus, aut familiaris Collatoris, vel

resignantis esset presentatus à Patrono, seu si ageretur de beneficio patronali.

Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. d. annot. 4. §. 1. num. 6. & §. 2. num. 12. Gratian. discept. 809. n. 3. 6. & 7. Barbos. de offic. & potest. Epistoli alleg. 69. par. 3. n. 48.

5. Quartò requiritur quod resignans non sit ordinatus ad titulum illius beneficij, vel si sit ordinatus de hoc faciat mentionem, & habeat aliunde, unde vivere, ut disponitur à Sacro Concilio Tridentino *cap. 2. sej. 27. de reform.* ibi: *Is vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi confitio, quod aliunde vivere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit.* *Garz. de Benef. par. 2. cap. 5. n. 193. Card. de Luc. eod. tract. disc. 41. n. 4. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 4. §. 2. n. 1. Rot. in Gehrden. beneficij 3. Junii 1712. §. Nec etiam, cor. R. P. D. Falconerio. Quod si*

6. Ordinarius nulla facta diligentia, an resignans habeat unde vivere, resignationem admittat, illa quidem est valida, sed in hoc casu est adstrictus alimenta præstare resignanti, nec potest, si beneficium sit patronale, eidem resignanti restituere, sed Patronus valet aliam personam ad illud præsentare. *Ventrigl. dicto §. 2. n. 3.*

7. Quintò requiritur quod resignatio sit libera, spontanea, non metu facta, & pura tum à pecunia, tum à pactione, juxta *Text. in cap. super hoc, & cap. penult. de renunciat. Garz. de benef. par. 1. cap. 3. §. 2. n. 143.*

8. Sextò requiritur quod Ordinarius resignationem admittat infra terminum unius mensis, & quod Provisus eam faciat publicare, & possessionem capiat intrâ tres menses; ut hic disponitur à Gregorio XIII.

9. Non exigitur tamen ad validitatem hujusmodi resignationis simplicis consensus Patroni, quia cum unusquisque liberè possit resignare proprium beneficium in manibus superioris, non potest in hoc casu considerari ullum præjudicium Patroni, cui salva manet sua præsentatio, *Calderin. conf. 6. de renunt. Tusch. conclus. 257. n. 9. & conclus. 62. n. 1. lit. R. tom. 6.*

10. Ad validitatem vero resignationis conditionalis, seu in favorem certæ personæ ultra

- ultra supradicta requisita, nimurum quod
debeat esse libera, & pura, & quod resi-
gnans non sit ordinatus ad titulum illius
beneficii nisi habeat aliunde vivere, re-
quiritur, primò, quod fiat coram Pontifice,
nam coram Ordinario fieri non potest
juxta hunc *Canonem XVI. Garz. de benef.*
par. 11. cap. 3. §. 2. n. 154.
- 11 Secundò requiritur quod præstetur
consensus ab ipso resignante, vel ab ejus
Procuratore ad hoc specialiter constitu-
to in Camera Apostolica, vel Cancellaria,
cum juramento quod nullus dolus,
aut fraus intercesserit, ut præscribitur in
Regula 45. Cancellariæ, ibi *Item voluit, & ordinavit, quod super resignatione*
cujuscumque beneficii Ecclesiastici, seu cef-
sione juris in eo, quam in manibus suis, vel
in Cancellaria Apostolica fieri contigerit,
Apostolica Literæ nullatenus expediantur,
nisi resignans, vel cedens, se præsens in Ro-
mana Curia fuerit personaliter, alioquin per
Procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter
constitutum, expeditioni hujusmodi in ea-
dem Cancellaria expressè consenserit, &
juraverit, ut moris est \equiv
, & tradit Rot. in
Monasterien. Canonicatus 5. Junii 1716.
§. Tota, cum seq. coram R.P.D. Rovault de
Gamaches.
- 12 Requiritur tertio superviventia Resi-
gnantis ultra 20. dies, nam si iste moria-
tur intrà terminum 20. dierum, Resigna-
tio non valet juxta *Regulam de viginti 19.*
ibi *Item voluit, quod si quis in infirmitate*
constitutus resignaverit, sive in Ro-
mana Curia, sive extra illam, aliquod be-
neficium, sive simpliè, sive ex causa per-
mutationis, vel alias dimiserit, aut illius
commendæ cesserit, seu ipsis beneficii unio-
nis dissolutioni consenserit etiam vigore sup-
plicationis, dum esset sanus signata, &
postea infra viginti dies à die per ipsum resi-
gnantem præstandi consensus computandos,
de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum bene-
ficium quavis auctoritate conferatur per
resignationem sic factam, collatio hujusmodi
sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus
per obitum censeatur vacare \equiv
- 13 Quartò requiritur consensus Patroni
juxta *Abbatem in cap. quod in dubiis de re-*
nunc. n. 6. & in cap. significatum de preben.
Lamber in de jurepat. lib. 3. quæst. 5. art. 5.
& alios, quos refert Garz. de benef. p. 11.
cap. 3. n. 12. Ventrigl. in prax. par. 2. an-
Pars VI.
- 14 *not. 4. §. 2. n. 27.*, ita ut resignans benefi-
cium patronale in favorem certæ perso-
næ malitiosè absque consensu Patroni,
quæ malitia probatur eo ipso, quod scit
adesse Patronum, ad cuius præsentatio-
nem habuit beneficium, *Gratian. discept.*
835. n. 10. & seqq. nulliter resignat, be-
neficium, & eo privatus remanet ob resi-
gnationem factam in fraudem Patroni;
Paris. de resignat. lib. 1. cap. 15. num. 21.
Rot. dec. 152. & dec. 190. per tot. p. 5. rec.
- 15 Si autem resignatio conditionalis fuisset
facta à resignante sine consensu Patroni,
absque ejus culpa, & non in fraudem
eiusdem Patroni, non est nulla, sed an-
nullanda, Patrono intrà tempus datum
ad præsentandum contradicente, & resi-
gnans reintegrari debet ad beneficium,
mediante tamen nova collatione, etiam
invito Patrono, ut decisum fuit à S. Rota
in Gerunden. permutationis 5. Julii 1593.
coram Litta, quam refert *Garz. de benef.*
par. 11. d. cap. 3. n. 19. & 29.
- 16 Denique ad validitatem resignationis
reciproca, seu permutationis requiritur
primo causa, nimurum necessitas, & utili-
tas beneficiorum, seu Ecclesiarum, &
ipsorum Beneficiatorum. *Garz. de Benef.*
par. 11. cap. 4. num. 44. Rot. decis. 163. n. 5.
coram Duran. & dec. 389. num. 22. coram
Priolo, & in Colonien. Canonicatus 9. De-
cembbris 1707. S. Denique, coram R.P.D.
Ansaldo.
- 17 Requiritur secundò Auctoritas Supe-
rioris, nimurum Papæ, vel Episcopi, qui
suam auctoritatem præstet permutationi
prævia Causæ cognitione, & non sufficit
Auctoritas Vicarii, nisi habeat speciale
mandatum ad *Textum in cap. quæstum de*
rerum permut. disponentem à solo Episco-
po examinari causam permutationis Fe-
deric. de permut. benef. quæst. 29. Garz. de
benef. par. 11. cap. 4. num. 74. Chokier. de
permut. benef. cap. 7. per tot. Barbos. de jur.
Eccles. univers. lib. 3. cap. 15. §. 5. n. 177.
Rot. dec. 163. n. 4. coram Duran. Vel nisi
Vicarius sit etiam Coadjutor Episcopi, si
enim sit talis habet in spiritualibus om-
nimodam jurisdictionem, & potestatem,
tam beneficia conferendi, quam quid-
quid aliud spirituale est, vel spiritualita-
ti annexum peragendi. Paris. de resignat.
lib. 7. quæst. 14. num. 23. & seqq. Rot. in
Colonien. Canonicatus 9. Decembbris 1707.

- §. Hac itaque, coram R.P.D. Ansaldo.
18. Tertio requiritur quod beneficia, quae permutantur, prius renuncientur in manibus superioris cum conditione permutationis, & quod si permutantes, aut aliquis eorum sit ordinatus ad titulum beneficii permutati, fiat mentio hujus tituli. *Gloss. in cap. majoribus de præben. & dignit. verb. dignitatum permutationem.* *Ventr. in præ. par. 2. annot. 4. §. 2. n. 18. & seqq.*
19. Requiritur quarto quod permutatio non fiat cum Beneficio palliato, fictitio, & inexistente alias præsumeretur fraudulenta. *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 31. num. 27. Chokier. de permut. benef. cap. 1. num. 20. Rot. in dicta Colonien. Canonicatus 9. Decembris 1707. §. Validius, cor. R.P.D. Ansaldo, & prohibetur à Pio IV. in ejus consit. in ordine la 144. juxta seriem veteris Bullarii.*
20. Quinto requiritur quod uterque permutans habeat jus in re in beneficio. *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 9. num. 2. & seqq., & quod permutantes beneficia non paciscantur sibi aliquam temporalem præstationem, sine superioris Auctoritate. Text. in cap. quæstum de rer. permut. cap. ultim. de partis Covaruv. var. resol. lib. 1. par. 5. num. 8. Barbos. de jur. Eccles. univers. lib. 3. cap. 15. n. 1709. & seqq. & alii penes Rot. in Melevitana permutationis Commendarum 26. Junii 1709. §. Et sanè coram R.P.D. Lancetta.*
21. Requiritur sexto, quod in limine foundationis beneficii non sit expressè prohibita à Fundatore beneficii permutatio; etenim si adhuc talis prohibitio, Episcopus non potest, nec Papa solet illius permutationem admittere, & approbare, et si approbetur à Papa, nulla facta mentione de hujusmodi prohibitione, talis approbatio efficit nulla, & subreptitia, ut in similibus terminis dixit Rot. in dicta Melevitana permutationis commendarum 26. Junii 1709. §. Ulterius, cor. R.P.D. Lancetta.
22. Denique requiritur consensus Patroni. *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 8. n. 28. Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 19. & seqq. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept. 385. n. 4. & seqq. Rot. decis. 163. n. 8. cor. Duran. Quiquidem Patronus requiri debet ad præstandum consensum*

personaliter, peremptoriè, & cum expressione Causæ, ob quam debit præstari consensus, & si irrationabiliter dissentiat, potest hoc non obstante Ordinarius permutationem approbare. *Lambertin. de jure pat. par. 1. lib. 2. art. 6. quæst. 6. num. 44. Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 26. & seqq. Rot. d. dec. 163. num. 10. & seqq. cor. Duran.*

23. Consensus autem Patroni intervenisse præsumitur in permutatione ex hujus effectuatione cum acquiescentia ejusdem Patroni, & ex attestacione Episcopi afferentis permutationem fuisse factam accedente Patroni consensu; ut animadvertisit Rot. in Cremonen. Beneficij 2. Maii 1718. §. Horum efficaciam cum seqq., cor. R.P.D. Lancetta hic impressa.

R. P. D. L A N C E T T A.

Cremonen. Beneficij.

Luna 2. Maii 1718.

Diverso fato contenderunt in Partibus super adjudicatione Beneficij vacantis in Ecclesia S. Petri Vici Mascani Michael Angelus Faita, & Christophorus Cerrati; Primus enim ex jurepatronatus activo, juxta quod se legitimè præsentatum asserebat ab illis de Arrisiis, & de Faita Compatronis Victor fuit coram Ordinario Cremonen; Alter verò vigore jurispatronatus passivi, ex quo Beneficium debitum esse sustinebat descendantibus Christophori Pennatii, inter quos ipse numeratur, obtinuit in Curia Metropolitanæ Mediolani.

Delata in gradu appellationis hujusmodi controversia ad nostrum Auditorium, eaque Mihi commissa, proposui hodie dubium \equiv *At*, & cui sit adjudicandum Beneficium \equiv & Domini ritè perpensis utriusque Partis juribus inhærentes postremè sententia Metropolitani responderunt \equiv *esse adjudicandum Christophoro.*

24. Docuit namque in testamentaria dispositione Francischini de Faita Patroni, qui omnia sua bona reliquit in dotem, & augmentum controversi Beneficij, eam legem scriptam esse, quod dempta prima vice, seu vacatione, in qua voluit jus præ-

præsentandi pertinere ad fratres de Arrisiis, imposterum illi de Faita Patroni tenerentur. **Praesentare**, & nominare ad dictum Beneficium, & Altare filios, & alios descendentes Christophori Pennatii. Unde cùm ipse sit ex descendenteribus dicti Pennatii, & prima vacatio jam completa fuerit de anno 1661. ex permutatione facta de aliorum Compatronorum scientia, & consensu inter Benedictum, & Josephum de Arrisiis, utique venit casus passivæ vocationis ejusdem Christophori Cerrati, eique Beneficium adjudicandum est; etiamsi à Patronis nominatus non fuerit, ut aliis omissis nuperrimè respondit Rot. in Montis Regalis Prioratus 24. Januarii § Neutquam coram Reverendiss. P. D. Ansaldo Decano, & in Perusna Cappellaniæ 11. Martii hujus anni §. Perlepto coram Me.

Ad evitandum hujusmodi fundamentum duplex ex parte Michaelis Angeli proponebatur exceptio, & primò, quod ad jurispatronatus interpretationem non esset attendenda dispositio Francischini de Faita, in qua scripta fuit vocatio passiva descendantium Christophori Pennatii, & secundò, quod adhuc illa attenta, non tamen factus esset locus prædictæ vocationi, eo quod Fracischinus Testator in prima Beneficii vacatione per obitum Benedicti Arrisi tunc Beneficiati, voluit jus præsentandi liberè pertinere ad illos de Arrisiis, qui tamen hactenus nunquam præsentare valuerunt, dum prima vacatio non contigit per obitum dicti Benedicti, sed per Beneficii permutationem ab isto factam cum Josepho ejus nepote.

15. Neutra tamen subsistere Dominis visa fuit. Quantum enim attinet ad primam animadvertebant pium Testatorem jus quidem habere potuisse disponendi circa controversum Beneficium, etiamsi ab ipso non fuisset à principio fundatum, eo quia universam suam hæreditatem reliquit eidem Beneficio in augmentum primæ dotis longè minoris, quām esset jus relictum, quo sanè casu cùm id tendat in maximam Ecclesiæ utilitatem, certum est, quod sicut potest primus Fundator ex titulo oneroso dotationis apponere leges sibi benevisas, ita permisum est secundo Fundatori, qui auxit notabiliter primæ.

Pars VI.

vam dotem, ut in puncto docet Lamber-
tin. de jurepat. lib.1. par.2. quæst.4. art.4.
n.2. & firmavit Rot. dec. 1414. n. 1. coram
Seraphin. ibi licuit ex quo propria bona
donavit pro augumento dotis ipsius jurispa-
tronatus.

Neque ulla tenus obstitit hujusmodi dispositioni præjudicium successorum in jurepatronatus activo, ex quo restricta fuerit eorum libertas ad præsentandum descendentes tantum Christophori Pennatii; Cùm namque providus Fundator animo revolvens etiam casum, quo isti renuerent consensum præstare ejus voluntati, & ordinationi, demandasset, quod tunc de tota sua hæreditate novum erigeretur beneficium cum legibus ab ipsis datis, neque amplius ejus bona cederent in primi augmentum, utique si nullum unquam actum gesserunt, quo contradicerent præfatæ dispositioni, & Benedictus tunc possessor beneficii illud post incorporationem omnium bonorum Francischini cum Patronorum consensu per 26 mutavit cum Josepho nepote, non pos-
sunt iidem Patroni onus adjectum passivæ vocationis rejicere, & acceptare com-
modum augmenti dotis, juxta regulam Text. in l. prima §. fin. ff. de aqu. pluv. ar-
cen. & l. secundum naturam ff. de regul. jur.
Rot. decis. 239. n. 13. par. 18. & decis. 114.
n. 4. par. 19. rec. dum præsertim acquie-
verunt successivè spatio annorum 70. &
ultra, & comparentes ad præsentandum in hac ultima vacatione produxerunt ad docendum de eorum jure, Francischini testamentum, quod tantò magis accep-
tasse censemur. Rot. decis. 332. n. 3. cor.
Benincasa decis. 84. num. 20. par. 18. & de-
cis. 448. n. 8. par. 19. rec. tom. 2.

Non difficilis corruebat secunda ex-
ceptio, in qua sanè totum impendebat
27 conatum Michael Angelus pro Christo-
phori exclusione; Quippè quia cùm cer-
tum sit incorporata jam beneficio Franci-
schini hæreditate requisitos fuisse fratres
de Arrisiis Patronos, ut consensum præ-
starent permutationi beneficii faciendæ à
Benedicto cum Josepho ejus nepote, ipsos
que de facto tali permutationi consensif-
fe, iste quidem consensus consumpsit jus
illud, quod habebant, semel in prima
beneficii vacatione præsentandi, quia ha-
betur loco præsentationis, juxta punctua-
liter

Sf 2

liter

liter tradita per Lambertin. de jurepatron. lib.2. par. 1. qu.6. art.6. sub nu.20. & 22. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 45. §. 3. n.52. Rot. decis. 163. n.13. cor. Duran. decis. 34. nu.8. cor. Priol. dec. 201. n.9. par.6. & dec. 630. n. 19. rec. & præcisè dec. 90. n. 8. & 9. cor. sa. me. Alex. VIII. dec. 952. nu. 2. & seqq. cor. clar. me. Card. Cerr. & dec. 341. n.4. par. 16. rec.

Nec obstat, quod Testator explicando 28 suam voluntatem circa primam vicem præsentandi, quam liberam præservare intendebat illis de Arrisis, id fore disposerit \equiv post mortem præfati Benedicti \equiv Quandoquidem sicut per renunciationem ex causa permutationis quis dicitur civiliter mortuus quoad beneficium resignatum, sive renunciatum, gloss. in cap. suscepptum verb. non morte de rescript. in 6. & ibi Barbos. n.16. Butr. n.20. aliisque Doctores relat. per Garz. de Benef. par. 11. cap. 3. n.2. & 3. Gonzal ad regul. 8. gloss. 14. n.32. optimè Lambertin. de jurepat. par. 1. lib. 2. qu.6. art.3. n.1. & 2. Rot. decis. 325. n.2. par. 16. rec. ita potest etiam dici verificata Testatoris voluntas, quod Arrisi præsentarent in prima vacatione post mortem Benedicti in vacatione per mortem civilem sequutam ex causa permutationis anno 1661. quia censetur considerasse effectum, & substantiam veræ, & propriæ vacationis, quæ non secus datur per resignationem, seu permutationem, ac per ipsam mortem naturalem Beneficiati, ad Text. in cap. unic. de rer. perm. in 6. Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 2. nu. 3. & seq. qu. 5. n.4. & par. 16. nu. 26. cum seq. Lambertin. dicta par. 1. lib. 2. qu.6. art.3. nu. 1. & 2. Garz. de Benef. par. 11. cap. 3. num. 2. & 3. cum aliis Rot. dicta decis. 952. coram Cerr. & decis. 325. n.2. par. 16. rec.

29 Horum efficaciam probè noscens Michael Angelus, recurrebat ad negandum in facto, quod non fuerit præstitus consensus à fratribus de Arrisis sæpedicte permutationi, sed inutiliter. Quoniam non solum concurrit ad hunc effectum præsumptio, quod omnino præstitus fuerit, dum permutation suum habuit effectum, & Patroni non reclamarunt, ut docet Vivian. de jurepatr. lib. 12. cap. 5. n. 22. 44. & 46. Lambertin eod. tract. lib. 2. par. 3. quæst. 2. art. 2. n.4. & firmavit Rot. dec. 3. n.23. cor. san. mem. Alexandr. VIII.

& sinè tali consensu fieri non nisi nulliter potuisse, ex deductis per Vivian. loc. cit. nu.28. Paris. de resignat. dict. quæst. 4. per tot. & Rot. decis. 952. num.6. coram Card. Cerr. & decis. 225. nu. 12. coram eod. san. mem. Alexandr. VIII. & plenius in Melevitana permutationis Commendarum 15. Junii 1711. §. Eoque magis coram R. P. D. meo Cripo maximè quia constat omnimodam dictæ permutationis scientiam illos de Arrisis Patronos habuisse, tum ex quo erant stristi consanguinei permutantium, unde nil facilius quām, quod sciverint, & promptè consenserint, ut arguit Vivian. de jurepat. par. 3. lib. 14. post cap. 2. nu.6. & seq. Rot. decis. 54. cor. Card. Cerr. & in Perusina Canonicatus 5. Junii 1716. sub §. Atque hinc coram Me, tum etiam ex quo facta fuit, ad formam constitutionis Gregorianæ, permutationis publicatio in Ecclesia Cathedrali Cremonen. ex qua potuit sanè induci scientia, & consequenter resultare saltē tacitus Patronorum consensus, ex deductis per Jo. Andr. in cap. 2. de his, quæ sunt à Prælat. vers. quando fuit editum, Lambertin. de jurepat. lib.2. par. 1. quæst. 4. art. 17. nu. 19. & Rot. in cit. Perusina Canonicatus sub cod. §. Atque hinc. cor. Me.

30 Verū insuper ad certam hujus consensus probationem collimat in præsenti Testimonium Episcopi Cremonen. qui in visitatione expleta post securam dictam permutationem anni 1661. afferuit illam factam fuisse \equiv Accidente Patronorum consensus \equiv in quibus terminis dici debet satis superque probatus prædictus consensus, & quidem expressus Patronorum in permutatione, ut pluries firmatum fuit, & in specie dec. 284. n.4. par. 14. dec. 168. nu. 12. & 16. par. 16. rec. in Aretina Iurium Parochialium 15. Januarii 1703. §. Huc usque in Pampilonen. Juris sedendi 28. Januarii 1707. §. Atque in hoc coram Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano. Absque eo, quod replicari valeat id contingisse ex Partium suggestione; Quia imò id processisse cendum est ex certa Episcopi scientia, & facti veritate; est namque munus Ordinariorum in hujusmodi visitationibus recognoscere titulos Beneficiorum sua dicēsis, ut sciat legitimos, & illegitimos possessores, sicut ex Text. in cap. Ordinarii de offic. Ordin. in 6. testa-

testatur *Card. de Luc. disc. 9. n. 17. de jurepatr. & disc. 17. n. 3. de jurisdict.*

Parum propterea refert, quod consensus iste non legatur expressus in ipsa collatione, seu permutatione, quasi quod inde constet de negativa probatione illius præsentationis; necesse enim non est, quod in actu ipso collationis præstetur, aut in ipso permutationis instrumento inseratur, dum communiter receptum est, quod vel ante præstari potest, vel etiam supervenire exposit intrâ quadrimestre Laicis Patronis à jure Canonico præfinitum ad præsentandum, ut latè probant *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 1. quæst. 6. art. 6. num. 24. Vivian. eod. tract. lib. 12. cap. 5. nu. 22. & Rot. dec. 5. per tot. de rer. permuat. in novis.*

Eiusdem irrelevantiæ comperta fuit, & alia subalterna animadversio, quod cum Beneficium ex causa permutationis, seu resignationis non vacet, nisi favore certæ personæ permutantis scilicet, aut resignatarii; inde inferri debeat, quod consensus à Patronis tali casu præstitus tanquam non liber, sed necessariò cedere debens favore dictæ personæ non posse haberi loco veræ præsentationis, quæ cæteroquin esse debet libera, ad *Text. in Clement. unic. de rer. permuat.*

Etenim libertas ista in objecto requisita favore Patroni præsentare debentis sufficenter videtur concurrere etiam in consensu præstito permutationi, quippe quia in illius residet arbitrio, & facultate consentiendi nec nè, ut probat *Barbos. de offic. & potest. Episc. allegat. 72. nu. 10. Vivian. de jurepatr. lib. 5. cap. 5. num. 34. & lib. 12. cap. 5. nu. 22. & 28. Lambertin. eod. tract. lib. 2. par. 1. qu. 6. art. 6. sub nu. 30. & Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 45. §. 3. n. 53.*

Et extranei sunt termini auctoritatum, quæ in contrarium fuerunt adductæ, *Textus* enim in objecto allegatus, pluresque Doctores illum sequentes loquuntur in terminis non Patroni, sed Collatoris, qui quidem non potest Beneficium liberè prævidere in casu resignationis, aut permutationis. Alii Doctores loquuntur in terminis indulti expectativæ, quod non potest comprehendere casus permutationis, sed tantummodo vacationis per obitum. Alii demum in terminis optionis, aut

consimilium jurium, quæ diversa totaliter sunt à casu permutationis, & resignationis, in quo de reliquo punctualem habemus Sacrae Rotæ auctoritatem *dec. 90. cor. san. mem. Alexand. VIII. dec. 952. cor. clar. mem. Card. Cerro, & dec. 341. par. 16. rec. supra allegat.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

An *Resignatio Cappellaniæ merè Laicalis* facta à Cappellano favore certæ Personæ absque consensu Patronorum sit nulla, & an competit Resignanti Regressus ad illam, vel potius ipse remaneat ea privatus, ita ut Patroni possint ad eandem Cappellaniæ alium nominare.

SUMMARIUM.

- 1 *Unicuique licet jura propria cedere.*
- 2 *Cappellanus an possit validè renuntiare, & transferre in alium exercitum Cappellaniæ. Vide ibi, & n. 14.*
- 3 *Consensus Patroni requiritur in resignatione beneficij Ecclesiastici; an verò requiratur in resignatione Cappellaniæ merè laicalis. Vide n. 4 & 15.*
- 5 *Consensus Patroni in resignatione Cappellaniæ merè laicalis, ex quibus præsumatur intervenire? Vide ibi.*
- 6 *Oppositiō, & reclamatio Patronorum, ad hoc, ut reddat nullam resignationem beneficij Ecclesiastici factam absque eorum consensu, quo tempore intervenire debet? Et quid in Cappellaniis merè laicalibus? Vide n. 17.*
- 7 *Stante nullitate resignationis ob defectum consensus Patronorum: an, & quando competit Resignanti regressus, ad Beneficium, vel Cappellaniæ laicalem. Vel potius Patronus possit aliam personam præsentare: & n. 9. 18. & 19.*
- 8 *Actus nullus non meretur nomen actus.*
- 10 *Resignatio Cappellaniæ merè laicalis facta ad favorem certæ personæ absque consensu Patroni est nulla. Amplia ut n. 11. Et quare? Vide n. 12.*
- 13 *In resignatione simplici non requiritur consensus Patroni.*

16 Tem-

- 16 Tempus ad se opponendum resignationi in-
debitè factæ non incipit currere à die re-
signationis, sed à die scientiæ ejusdem re-
signationis.
- 20 Cappellanus resignando Cappellaniam me-
rè laicalem favore certæ personæ, quan-
do dicatur illam resignare malitiosè in-
spretum Patroni.
- 21 Cappellanus resignans Cappellaniam, ex
quibus præsumatur habuisse notitiam
existentia jurispatronatus.
- 22 Resignatio in favorem facta absque con-
senso Patroni licet sit nulla respectu Pa-
tronii, valet tamen in præjudicium Re-
signantis.

C A S U S II.

Quidam Testator in ejus ultimo, quo
decessit elogio, instituit, & funda-
vit de quibusdam bonis in Eccle-
sia Sanctissimæ Annuntiatæ Cappellaniam
merè laicalem, cum onere unius Missæ
quotidianæ, & anni Anniversarii, refer-
vando juspatronatus favore nonnullorū
rum, & interim ipse in eodem testamen-
to deputavit, & nominavit ad dictam
Cappellaniam Titum, qui cùm extitisset
in ejus possessione per multos annos, ta-
ndem illam renunciavit favore Caji præ-
sentis, & acceptantis absque consensu
Patronorum. Cùm autem post quinque
menses pervenisset ad horum notitiam hu-
jusmodi renunciatio, statim ipsi deputa-
runt, & nominarunt ad dictam Cappella-
niam Sempronium. Hoc medio tempore,
Cajus Renunciatarius retro renunciavit
eandem Cappellaniam Titio renuncianti,
qui cum prætendat ad eam habere re-
gressum, & retinere, orta fuit controver-
sia inter ipsum, & Patronos super validi-
tate, vel invaliditate resignationis supradic-
tarum respectivè. Hinc queritur.

Primò. *An resignatio Cappellaniæ merè
laicalis facta à Titio Cappellano favore Caji
absque consensu Patronorum sit nulla, &
quatenus affirmativè.*

Secundò: *An Cappellano resignanti com-
petat regressus ad illam, vel potius Patroni
possint ad eam alium nominare, & deputare?*

Super quibus requisitus à quodam
amico, quid pro veritate sentirem, cen-
sebam, prout infrā de jure responden-
dum. Et quidem, quo ad primum dubium

pronuntiandum videtur pro validitate
hujusmodi resignationis. Titus enim
Cappellanus, cùm vigore deputationis,
& nominationis de se factæ ad dictam
Cappellaniam ab eodem Testatore, ha-
beat titulum, & possessionem illius, dici-
tur Dominus ejusdem Cappellaniæ; quo
stante dominio validè potuit eam renun-
ciare, & de ea disponere favore Caji, dum
quilibet sua rei est moderator, & arbi-
ter, & unicuique licet jura propria cede-
re; ad Text. in L. re mandata C. mandati.
L. penult. C. de pacificis. L. si quis in conscri-
bendo C. de Episc. & Cleric.

Ex quo principio validè etiam idem

2 Titus potuit renunciare, & transferre in
alium exercitum Cappellaniæ, nimirum
ei committendo celebrationem Missa-
rum, & faciendo, ut Missæ annexæ Cap-
pellaniæ per alium celebrentur, soluta ei
congrua eleemosyna, absque consensu Pa-
tronorum; Cur igitur non poterit validè
renunciare, & transferre in alium ipsam
Cappellaniam absque consensu eorum-
dem Patronorum? Et ita in terminis sen-
tire videntur Calderin. cons. 6. de Renunc.
ibi = *An patronus laicus beat vocari,
quando præsentatus per eum, & postea per
Episcopum institutus vult renunciare bene-
ficio, & dicitur, quod non, quia jura lo-
quentia de renunciatione, loquuntur tantum
de Episcopo &c. cùm igitur hoc non repe-
riatur jure cautum, non est necessarium vo-
care = Rot. decis. 6. de jure pat. coram Mo-
bedan num. 1. ibi = Resignatio tamen sine
consensu Patroni bene valet =*

3 Nec obstant auctoritates, quæ in
contrarium allegari possunt requirentes
pro validitate resignationis consensum
Patroni, quoniam illæ procedere vi-
dentur in beneficiis de jurepatronatus,
Ecclesiasticis, & ecclesiasticis ordinariis, quibus conferuntur; & qui-
dem optima ratione, nam cùm inter ipsa,
& Beneficiatos adhuc vinculum spiritualis
conjugii, hoc dissolvi non potest, & Be-
neficiatus illud deserere favore alterius
absque consensu Collatoris, & Patroni,
à quibus illud obtinuit; omnis namque
res per quascumque causas nascitur, per
eadem dissolvitur ad Text. in cap. 1. de
regul. jur. Fagnan. in cap. Admonet de re-
nunciat. n. 4. & 25. & seqq.

4 Non verò procedunt quoad Cappel-
lanias

ianias merè laicales de jurepatronatus, seu legata pia, & officiaturas Missarum, inter quas, & Cappellanos, cùm non conferantur in titulum, nullum datur spiritualis conjugii vinculum, & quarum collatio principaliter sit ad utilitatem ejus, cui confertur; quo casu Cappellanus poterit Cappellaniam invito Superiore, seu Patrono resignare juxta supradictam regulam quod quisque potest ei renunciarre, quod pro se principaliter est introducūm. Calderin. cons. 2. de renunt. num. 1. Fagnan. in d. cap. admonet n. 28.

5 Sed etiamsi in Cappellaniis merè laicalibus de Jurepatronatus, seu legatis piis, pro earum validitate resignationis requireretur consensus Patroni; negari non potest quin in casu præsenti adsit hujusmodi consensus; Patroni enim statim, ac Titius resignavit prædictam Cappellaniam non se opposuerunt, nec impugnarrunt hanc resignationem; ex quo sequitur saltē tacitē eam ratificasse, & sic manere in statu validitatis etiam si factam absque eorum expresso consensu, ut expressè docent Rocc. de Curt. de jurepat. in verb. honorificum n. 8. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 14. n. 71. Vivian. de jurepat. par. 2. lib. 13. c. 10. n. 27. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept. 835. n. 5. §. Ex quibus. Nullatenus obstante, quod Patroni reclamaverint, & se opposuerint post quinque menses à die præfatæ resignationis, alium præsentando; Ad hoc enim ut oppositio, & repugnantia Patronorum reddat nullam resignationem factam, absque eorum consensu, non sufficit quod interveniat quocumque tempore, sed requiritur quod fiat intrà terminum juris datum ad nominandum, & præsentandum; nempe intrà quatuor menses, cùm agatur de jurepatronatus laicali; Unde cùm Patroni non reclamaverint intrà quatuor menses, sed post quinque menses; hujusmodi reclamatio, & oppositio utpote tempore inhabili facta, reddere nullam non potest prædictam resignationem, juxta Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 21. ibi = Sed annullanda Patrono intrà tempus præsentandi contradicente = & in terminis permutationis docet Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 4. §. 8. n. 23. ibi = Si tamen post permutationem factam, lapsum effet tempus à lege affigatum Patrono

no ad præsentandum non effet amplius admittendus ad impugnationem permutationis factæ, ipso contemptio =.

7 Omissio autem, per hypothesim quod resignatio Cappellaniæ facta à Titio favore Caji absq[ue] consensu Patronorum sit nulla, sequitur exinde affirmativa resolutio secundi dubii quoad primam partem, & negatiya quoad secundam, nimirum competere Titio resignanti regresum ad illam, & Patronos nullatenus posse alium nominare, & deputare. Agitur enim non de resignatione simplici, sed de resignatione conditionali facta in favorem certæ Personæ, qua mediante Titius ita renunciavit favore Caji præfatam Cappellaniam, merè laicalem, ut ei quæreretur, & validè possideret; stante autem nullitate resignationis, nec possessio, nec titulus Cappellaniæ fuit Cajo resignatio quæsus, ac proinde eadem Cappellaniæ non intelligitur ablata à resignante, sed competere ei regressum ad illam; & Patronos non posse alium nominare; jus enim, quod alteri non quæritur, à me non abdicatur l. nec utilem ff. ex quib. caus. major. l. qui absenti ff. de acquir. poss. ff. & cum resignatio sit facta in favorem certæ Personæ, ante acquisitionem resignans dicitur, & possidere; & titulum coloratum habere, ut docent Fagnan. in cap. admonet de renuntiat. n. 6. & seq. Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 16. ibi = Quod resignatio facta in favorem de beneficio jurispatronatus laicorum finè ipso- rum consensu, & mentione est nulla, & ideo jus non abdicatur à resignante, & per consequens præsentatio facta per Patronum, tunc de illo beneficio tamquam vacante non valet = Card. de Luc. de benef. disc. 34. n. 5. Pignattell. consult. 96. n. 9. tom. 6. Rot. de- cis. 4. num. 2. par. 1. rec. ibi = Cùm igitur constet de jurepatronatus laicorum, resignatio facta in favorem Marcius non posse sustineri, & consequenter jus remansit penes resonantem = Et decis. 511. num. 1. lib. 2. & decis. 158. num. 1. & seqq. lib. 3. coram Puteo, & decis. 172. num. 4. coram Celso, & dec. 419. par. 1. divers. & dec. 159. num. 6. coram Gregor. ibi = Quia resignatio est conditionalis, & si non acquiritur il- li, in cuius favorem est facta, beneficium non vacat = Rot. in Mediolanen. beneficij 5. Martii 1703. §. Sed agredientibus, cor. bo. me. Caffarello. Et

Et videmus ita procedere in contractibus civilibus, qui si sint nulli, non abdicant dominium à contrahentibus; sic venditio nulla non privat venditorem re vendita; Alienatio nulla non privat alienantem re alienata, quia actus nullus non meretur nomen actus *l. scut ff. de oper. libert.* Ergo nec resignatio nulla privabit resignantem beneficio, ut in terminis resignationis beneficii nulliter factæ coram Papa ob malam expressionem valoris firmavit *Rot. decis. 417. n. 1. & 419. num. 1. & seq. par. 1. divers.*

Quodquidem procedere videtur absque ulla controversia, animadvertingendo, quod Titius resignando Cappellaniam favore Caji non advertit adesse Patronos, & habuit ignoratiam existentiajurispatronatus, dum ipse non fuit nominatus, & deputatus ad eamdem Cappellaniam ab hodiernis Patronis; sed nominatus, & deputatus fuit in testamento ab ipsomet Testatore; quo stante dicitur illam renunciasse bona fide absque consensu Patronorum; adeoque privari non potest dicta Cappellania; sed stante nullitate resignationis ad eam regressam habere debet; dum ignorantia licet non excusat à nullitate actus, excusat tamen à pena *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 5. 1. n. 64. Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 19. prope fin. Gratian. discept. 835. n. 12. Rot. dec. 260. n. 31. par. 17. rec.*

His tamen non obstantibus re mature perpensa ad Primum, Censeo resignationem prefatam esse nullam: Titius namque Cappellanus resignavit Cappellaniam merè laicalem de jurepatronatus laicali favore Caji, absque consensu Patronorum, qui habent non solum jus nominandi, sed etiam jus deputandi, & quodammodo jus eam conferendi; dum in Cappellaniis merè laicalibus, & non eritis auctoritate Ordinarii, opus non est institutione Episcopi, sed totaliter dependent à Patronis; ut alibi dixi; Et sic nulliter resignavit eamdem Cappellaniam, cum in resignatione beneficii de jurepatronatus ad favorem certæ personæ requiratur consensus Patroni, & Collatoris etiamsi iste non sit Episcopus; nihil enim tam naturale est, quam eo genere quid dissolvi, quo colligatum est *cap. 1. de regul. jur., sed sine nominatio-*

ne, & provisio Patroni Cappellania merè laicalis obtineri non potest. *Cap. decernimus 16. quæst. 7. C. nobis de jurepat.* Igitur nec illam deserere licet, & de ea disponere absque consensu Patroni; Et ita expressè docent *Alb. in cap. quod in dubiis de renunciat. n. 6. Rocch. de curt. de jurepat. verb. honorificum q. 3. n. 8. Vivian. eod. tract. par. 2. lib. 13. cap. 10. num. 25. Garz. de benef. par. 11. cap. 4. n. 72. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 4. §. 8. n. 18. Rot. dec. 452. num. 7. par. 18.*

Eoque magis renunciatio facta à Titio Cappellano favore Caji esset nulla, si ipse esset senex, renunciatarius juvenis, aut si esset malæ valetudinis; Ratio autem est, quia si beneficiati, & Cappellani possent propria, auctoritate, & arbitrio absque consensu Patronorum, renunciare, & disponere de Beneficiis, & Cappellaniis in favorem certæ personæ, retrahentur Laici à fundatione, & dotatione beneficiorum, & ab operibus piis; Interest autem Reipublicæ Christianæ, & bono publico Ecclesiæ, nè laici retrahantur ab hujusmodi fundationibus; ideo interest nè Cappellani, & Beneficiati dimittant Cappellanias, & Beneficia in favorem certæ Personæ absque consensu Patronorum, & ipsis spretis, sed debent habere respectum Patronis, & nihil agere in eorum præjudicium; sicuti ipsemet Pontifex hodie habet talem respectum Patronis laicis, nè retrahantur à fundationibus beneficiorum, & operibus piis, ut in permutationibus amplius non derogatur eorum juripatronatus, etiam si hoc sit mixtum, ut de hujusmodi stylo testatur *D. meus Advocatus Pitonius discept. Eccles. 29. n. 15. Vivian. de jurepat. lib. 13. cap. 10. n. 25.*

Non obstat, quod Titius Cappellanus vigore nominationis, & deputationis de se factæ à Testatore possideat Cappellaniam; tamquam propriam, & consequenter poterit ei cedere sine consensu Patroni, juxta regulam, quod unusquisque potest juri suo renunciare; Hoc enim procedit in resignatione simplici, ubi nullum præjudicium Patroni considerari potest, ut notavi in superiori *casu num. 9.* Secus in resignatione conditionali facta ad favorem certæ Personæ; pro validitate namque hujusmodi resignationis

juxta

juxta auctoritates allatas requiritur consensus Patronorum; Et in hoc sensu intelliguntur procedere Auctoritates Calderini, & Rotæ coram Mohedano in contrarium superius allatæ §. Ex quo, ut testatur Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 13., ibi *Quæ sententia mibi placet in resignatione simplici, in qua ipse loquuntur &c. nec potest in hoc considerari considerabile præjudicium Patroni, cui manet sua præsentatio salva; & ita videtur in præxi servari* *¶.*

¶ 4. Quod autem Titus possit transferre in aliud exercitum Cappellaniæ absque consensu Patroni, non est absolutè verum; Attendenda est enim qualitas, & natura Cappellaniæ laicalis, seu legati pii; Si Cappellania sit talis, ut ex legi fundationis requirat personale servitium Cappellani, falsum est quod iste possit absque consensu Patronorum transferre in aliud illius exercitum; si vero sit talis, ut non requirat personale servitium, poterit esse verum quod Cappellanus transferre valeat in aliud exercitum Cappellaniæ laicalis; sed non proinde poterit etiam transferre ipsam Cappellaniam absque consensu Patronorum; Quoniam transferendo in hoc casu exercitum Cappellaniæ in aliud; non consideratur adesse ullum præjudicium Patroni, dum iste moriente Cappellano, non obstante translatione exercitii, posset aliud præsentare; sed transferendo ipsam Cappellaniam in aliud; defuncto ipso renunciante, seu transferente non posset aliud præsentare; dum renunciata Cappellania, hæc non vacaret per obitum Rot. in Caurien. Beneficii super Manutentione 3. Martii 1704. §. In præsenti, coram R.P.D. Lancetta.

Nec subsistit, quod asseritur, nimirum Auctoritates requirentes pro validitate resignationis consensum Patronorum militare in resignatione Beneficii Ecclesiastici, non vero Cappellaniæ merè laicalis; Fallacia enim assumpti satis detegitur, reflectendo ad rationem, ob quam necessarius sit consensus Patronorum in resignatione conditionali ad favorem certæ Personæ Beneficii de jurepatronatus; Consensus igitur Patroni in hujusmodi resignatione Beneficii Ecclesiastici requiritur, non ratione vinculi spirituallis conjugii inter ipsum, & Beneficiatum, Pars VI.

sed quia interest Reipublicæ Christianæ nè beneficiati transmittant in alios Beneficia, spretis Patronis, & in horum præjudicium; ita ut ideo sunt nullæ hujusmodi resignationes factæ absque consensu Patronorum, quia cedunt in contemptum, & præjudicium eorumdem Patronorum; Hæc autem eadem ratio militat etiam in Cappellaniis merè laicalibus, cum etiam per earum resignationes ad favorem certæ Personæ, absque Patronorum consensu contemnuntur Patroni, & eis præjudicetur, adeoque in his etiam Cappellaniis militare debent eadem Auctoritates; ubi enim militat eadem ratio; ibi, & eadem lex militare debet Ad Text. in cap. translato sacerdotio de confit. ibiq. Gloss. Gonzal. Gratian. discept. 809. n. 9.

Neque dici valet quod Patroni consenserint si non expressè, saltè tacitè præfatæ resignationi factæ à Titio favore Caji; Quoniam licet Patroni non se opposuerint, nec reclamaverint à die secutæ resignationis; tamen se opposuerunt, & reclamarunt à die scientiæ resignationis, quam habuerunt post quinque menses, præsentando aliud ad dictam Cappellaniam; quod sufficit adhuc, ut dicitur, nec tacitè ratificasse prædictam resignationem; Tempus enim ad se opponendum resignationi indebet factæ non incipit currere à die resignationis; sed à die scientiæ ejusdem resignationis, sicuti tempus concessum Patrono ad se opponendum collationi beneficij de jurepatronatus factæ ab Episcopo tamquam de libero, non incipit currere à die vacationis beneficij, sed à die scientiæ vacationis, ut alibi in decursu Operis diximus.

¶ 7. Sed etiam si se opposuissent, & reclamassent elapsi termino quatuor menses; adhuc hujusmodi oppositio, & reclamatio esset sufficiens ad annullandam præfatam resignationem factam absque consensu Patronorum; Quod enim oppositio, & reclamatio fieri debeat tempore habili, nempe intrâ quatuor, aut sex menses procedit in beneficiis Ecclesiasticis de jurepatronatus Ecclesiastico, vel laicali; respectu quorum est à jure statutus Patrono, terminus sex, aut quatuor mensium respectivè; sed in Cappellaniis

Tt merè

merè laicalibus, seu Legatis piis, seu officiaturis Missarum, non est à jure statutus Patrono ad nominandum ullus terminus; unde sicuti respectu harum Cappellaniarum merè laicalium possunt Patroni de jure (quicquid sit de mente Fundatoris) nominare, quocumque tempore; ita poterunt renunciationi, resignationi, aut permutationi earumdem Cappellaniarum factæ absque Patronorum consensu; iidem Patroni se opponere quocumque tempore.

18 Descendendo nunc ad secundum du-
bium; respondeo Titio nulliter resignanti prædictam Cappellaniam favore Caji absque consensu Patronorum non competere regressum ad illam; sed Patronos potuisse ad eam præsentare Sempronium. Distinguendum est enim, prout in superiori *Casu*, distinguebamus n. 14. & seq. inter resignationem sive beneficii, sive Cappellaniæ merè laicalis absque consensu Patronorum factam finè culpa, & non malitiosè, itaut resignanti adscribi non valeat ingratitudo; & resignationem factam malitiosè, culpabiliter, fraudulenter, & in spretum Patronorum. Si quis resignat beneficium, aut Cappellaniam merè laicalem ad favorem certæ Personæ absque consensu Patronorum, non malitiosè, nec fraudulenter, nec culpabiliter, nec in spretum Patroni, eo quia revera ignoravit adesse Patronos, aut Cappellaniam esse de jurepatronatus; Certum est quod taliter resignans non privatur Cappellania resignata; sed reclamantibus Patronis, competit ei regressus ad illam, & Patroni non possunt ad eam alium præsentare, aut nominare; & in hoc casu procedunt Auctoritates superius ex adverso allatae §. *Omissio autem*; Quibus addo *Gemin.* in cap. *deinceps de elect.* in 6. num. 11. ibi = Sed quilibet ipsorum permuntantium ex quo non fuerunt in culpa, etiam invitis Patronis, poterunt ad sua beneficia reverti, si Patroni contradicunt permutationi factæ = *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 14. n. 84.* ibi = Siquidem cum resignatio est ipso jure nulla ob contemptum Patronorum præculdubio resignans non revertitur ad beneficium resignatum, sed poterit Patronus liberè alium præsentare = *Gratian. discept. 835. num. 1. & seqq. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 4. §. 8. n. 21. Card. de Luc. de benef. discept. 22. n. 12.* ibi = Dici posset, quod ista nullitas utpote culposa tollit jus à resignante = & *discept. 25. n. 4. & discept. 34. num. 6. Adden. ad Buratt. dec. 136. n. 37.*

Et ita etiam sentit in terminis permu-

tationis, idem *Garzias superius in dicto*
§. *Omissio* in contrarium allegatus ibi-
dem n. 29. ibi = *Rescissa autem permuta-*
tione ob contradictionem Patroni, absque
cujus consensu fuit facta, possunt permutan-
tes etiam invito Patrono redire ad sua be-
neficia &c. quando non fuerunt in culpa;
ex quo non constat illas habuisse notitiam
jurispatronatus ante ipsam permutationem
=.

19 Si quis autem resignat Beneficium, aut Cappellaniam merè laicalem ad favorem certæ Personæ absque consensu Patronorum malitiosè, culpabiliter, fraudulenter, & in spretum Patronorum in hoc casu taliter resignans remanet ipso jure privatus Cappellania resignata, nec competit ei regressus ad illam; sed Patroni possunt validè alium ad eam nominare, *ad Text. in cap. final. de renunciat. in 6. ibiq. Passerin. num. 1. Gemin. in cap. nemo deinceps de elect. in 6. num. 11. ibi = In permutatione beneficiorum, si Patronus non vocetur, & maximè laicus, eo impugnante, non valebit permutatione, & poterit etiam permutatione non cassata, vel revocata alium præsentare = Rebuff. cons. 38. num. 6. & 14. *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 14. n. 84.* ibi = Siquidem cum resignatio est ipso jure nulla ob contemptum Patronorum præculdubio resignans non revertitur ad beneficium resignatum, sed poterit Patronus liberè alium præsentare = *Gratian. discept. 835. num. 1. & seqq. Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 4. §. 8. n. 21. Card. de Luc. de benef. discept. 22. n. 12.* ibi = Dici posset, quod ista nullitas utpote culposa tollit jus à resignante = & *discept. 25. n. 4. & discept. 34. num. 6. Adden. ad Buratt. dec. 136. n. 37.**

20 In casu autem præsenti Titius Cappellanus resignando Cappellaniam merè laicalem favore Caji, absque consensu Patronorum, eam resignavit malitiosè, culpabiliter, & in spretum Patronorum; nam scivit adesse Patronos, & Cappellaniam esse de jurepatronatus, & tamen non vocavit eos, nec requisivit eorum consensum in resignatione; Sperni autem dicitur Patronus, & cum eo contumeliosè agi, quando cum posset commodè vocari, non fuit vocatus; & malitia, ac spretus probatur, eo ipso, quod renuncians scit adesse Patronum, & Cappellaniam esse de jurepatronatus. *Gemin. in cap. ne-*
mo

mo deinceps de elect. in 6. num. 11. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 14. n. 62. Gratian. discept. 835. num. 1. & seqq. Ac proinde sequitur eidem Titio sic malitiosè, & contumeliosè resignanti non competere regressum ad dictam Cappellaniam, sed Patronum potuisse validè nominare ad eam Sempronium; juxta auctoritates relatas in §. Accedenti; quibus addo Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 30. ibi = Alias si essent in culpa redire non possent = & num. 34. ibi = Et sic quando essent in culpa, Patronus posset præsentare =.

Dici autem non potest Titium habuisse 21 ignorantiam existentiajurispatronatus, & Patronorum, ex eo quia non fuit nominatus, & deputatus à Patronis; sed ab ipsomet Testatore in testamento, quia compossible est quod fuerit deputatus, & nominatus à Testatore, & simul habuerit notitiam existentiajurispatronatus, immo ex hoc ipso præsumitur habuisse notitiam jurispatronatus; nam si scivit Testamentum continere nominationem, & deputationem ad dictam Cappellaniam favore sui, præsumitur etiam scivis se idem Testamentum continere reservacionem jurispatronatus ad eamdem Cappellaniam favore Patronorum. Immò antequam deveniret ad dictam Resignationem, hoc scire debebat, dum tenebatur inquirere, & se informare de qualitate Cappellaniæ, an hæc esset libera, vel potius de jurepatronatus; unde si non se informavit de statu Cappellaniæ, culpabiliter, & malitiosè hoc fecit, & sic competere ei non potest regressum ad illam

perinde enim est scire, ac scire debere. Sicut si quis resignat beneficium alicui in forma dignum, & prius non inquisivit, nec se informavit de idoneitate resignatarii; si postea iste non sit repertus idoneus, non potest resignans redire ad beneficium, quia culpa sua non habuit effectum, dum prius tenebatur inquirere, & se informare de idoneitate resignatarii, & sic scivit, & scire debuit illum non esse idoneum. Rocch. de Curt. de jurepatr. verb. honorificum num. 17. Lambertin. eod. tract. par. 1. lib. 2. quæst. 10. art. 4.

Minusque adversatur, quod si resignatio Cappellaniæ facta à Titio favore Caji absque consensu Patronorum, sit nulla ex hoc ipso non possit abdicare ab eo jus ad illam; ex actu enim nullo, nullus se 22 quitur effectus; quoniam licet sit nulla respectu Patronorum, & in horum favorem, valet tamen in præjudicium resignantis; itaut contradicentibus Patronis, non potest Titius resignans redire ad illam, Alb. in cap. super hoc de renunciat. n. 41. Lambertin. de jurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 16. n. 4. vers. posset ei tertio. Tusch. conclus. jur. 165. litt. R. tom. 6. sicuti permutatio fraudulenta licet sit nulla in præjudicium conferentis, valet tamen in præjudicium malitiosè, & culposè permutantium, itaut eis non detur regressus. Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 36. in fine D. meus Advocatus Pito- nius discept. Eccles. 29. n. 12.

Erat hic exponenda Constitutio D. Pii V., la 104., sed de ea diximus supra Par. V. Can. VIII. in Comment. n. 1.

C A N O N X V I I I.

SIXTUS QUINTUS Consit. XIX. §. 3. Bull. Rom. Tom. 2.

Si cunctas per orbem terrarum diffusas Ecclesias in eorum juribus, & Privilegiis libenter conservare studemus: *Et infra.* Nos moti tam prænarrata Bonifacii Papæ Prædeceſſoris consideratione, quæm præclara memoria Imperatoris Constantini, cuius morbum, suscepto hic olim baptismo, Divina gratia sanavit, vestris hujusmodi supplicationibus

Ann. 1586.

Pars VI.

T t a beni-

benignè annuentes, prænarratasque Bonifacii Papæ literas cum omnibus, & singulis decretis, clausulis, & aliis in eis contentis, Apostolica auctoritate (modificationibus infra- scriptis semper salvis) harum nostrarum serie revalidantes, & innovantes, vosque ad illarum pristinum usum adver- sus suprascriptas Pii IV. literas revocatorias restituentes, & plenariè reintegrantes, ex speciali gratia indulgemus, quod perpetuis futuris temporibus, literis vestris Patentibus, sub solitis titulo, & nomine supradictis, etiam absque præsen- tium nostrarum insertione expediendis, licentiam, & fa- cultatem liberas quibuslibet benè visis, in Fundis, Terris, & Locis mensæ vestræ Capitularis, ac aliâs juxta earumdem Bonifacii Papæ Prædecessoris literarum formam, quæcum- que Monasteria, Prioratus, Conventus, Ecclesiæ, Dignita- tes, Personatus, Officia, & alia Beneficia Ecclesiastica cum Cura, vel sinè Cura, nec non Hospitalia, & alia Pia Loca fundandi, erigendi, ædificandi, dotandi, ac alia quomodolibet in illis contenta faciendi, quæ quidem dominio, protec- tioni, jurisdictioni, defensioni, ac potestati vestris imme- diatè subsint, nec non earumdem plenum jus, dominium, merumque, & mixtum Imperium, institutio, insuper desti- tutio, collatio, provisio, præsentatio, & quævis alia dis- positio ad vos solum, & insolidum perpetuò spectet, dum- modò Episcoporum, in quorum Civitatibus, seu Diœcesi- bus illa fuerint, licentia expressa ad hoc accedat, Ecclesiæ- que, & alia, ut præfertur, fundanda, erigenda, ædifican- da, & dotanda, atque illa pro tempore obtinentes, liberta- tis, immunitatis, & exemptionis Privilegium aliquod à ju- risdictione, & superioritate ipsorum Episcoporum, aliterve contra formam decretorum, & ordinationum Sacri Conci- lii Tridentini, propterea non acquirant, licentiam, & facul- tatem liberas, ut prius in omnibus, & per omnia, perinde ac si literæ hujusmodi revocatoriæ nullatenus emanassent con- cedere valeatis.

COM-

COMMENTARIUM.

Ex hoc Canone hæc infertur conclusio.

PRÆSENTATIO, INSTITUTIO, VEL DESTITUTIO, COLLATIO, AUT ALIA DISPOSITIO ECCLESiarum, ET
BENEFICIORUM, QUÆ SUNT FUNDATA, ERECTA, ET DOTATA IN SOLO LATERANensi SPECTAT AD AR-
CHIPRESBYTERUM, ET CAPITULUM SACROSANCTæ LATERANensis ECCLESiæ ≡ Quam conclusio-
nem sequuntur Calderin. conf. 12. de privileg. Cherubin. bic. Card. de Luc. de Paroch. disc. 9.
num. 6. & de jurisdic̄. disc. 38. num. 5. & disc. 39. num. 1. Rot. dec. 153. coram Gre-
gor. & dec. 106. num. 2. & 228. n. 6. coram Emerix. jun. & dec. 217. n. 26. & 366. num. 1.
par. 9. rec.

1 Sacrosanctam Ecclesiam Lateranensem totius Urbis, & Orbis Ecclesiarum caput, Ro-
mani Pontificis Patriarchalem Sedem, aliquo privilegio condecorare cupiens Bonifa-
cius IX., statuit proinde, quod quilibet in Lateranensi solo, seu in Locis ad Ecclesiam
Lateranensem spectantibus, de licentia Archipresbyteri, & Capituli, Ecclesias, Mona-
steria, Oratoria, Prioratus, Dignitates, Personatus, Officia, & alia Beneficia Ecclesiastica
cum cura, vel sine cura, & quæcumque alia pia loca erigere, & fundare possit, &
quod hæc omnia sic fundata, erecta, & dotata extarent sub mero, & mixto imperio
eiusdem Capituli, & Archipresbyteri; Quodque institutio, destitutio, collatio, provi-
sio, præsentatio, & quævis alia dispositio, ad ipsos solum, & insolidum pertinerent in
perpetuum, atque spectarent. Hujusmodi autem Privilegium cum fuisse revocatum
a Pio IV. per ejus constitutionem in ordine la 57., hinc Sixtus V. attentis qualitatibus,
& prærogativis hujus Sacrosanctæ Basilicæ, volens eam in suis juribus, & privilegiis
conservare, innovavit in hoc *Canone Bonifacii Indultum*, addita modificatione, quod
accedat licentia Ordinariorum, & loca erigenda cum personis subsint eisdem Ordina-
riis.

CANON XIX.

SIXTUS V. Confit. LXIV. §. 2. 3. 5. & 7. Bull. Rom. Tom. 2.

IN Sacrofæcto Beati Petri Principis Apostolorum folio: Ann. 1587.
Et infra: Nos statui indigenarum Regni Valentiæ hu-
jusmodi Paterna charitate compatientes: Et infra: Motu
proprio &c. statuimus, & ordinamus, quod ex nunc dein-
ceps perpetuis futuris temporibus omnia, & singula Bene-
ficia Ecclesiastica in Universo Regno Valentiæ hujusmodi
nunc, & pro tempore consistentia, etiamsi Canonicatus, &
Præbendæ, Dignitates etiam majores post Pontificales, &
principales Personatus, Administrationes, & Officia, etiam
curata, & electiva, in Metropolitana, & in aliis Cathedrali-
bus, ac Collegiatis Ecclesiis, nec non Parochiales Ecclesiæ,
seu earum perpetuæ Vicariæ, ac in Romana Curia, vel extra
eam litigiosa, & de jurepatronatus etiam Regum, Ducum,
vel

vel aliorum Laicorum etiam Nobilium, & Illustrium, seu eorum, & Clericorum mixtim etiam ex fundatione, vel donatione, aut indulto Apostolico, seu alias quomodolibet qualificata sint, vel fuerint, quoties illa per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, aut privationem ea pro tempore obtinentium, seu jus in illis, vel ad illa habentium, aut alias quovis modo, etiam apud Sedem prædictam, ac etiam in aliquo ex mensibus, in quibus vacantium Beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio nobis, & Sedi præscriptæ, etiam per Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariae Apostolicæ regulas, est, vel pro tempore fuerit reservata, vel etiam ordinariis Collatoribus per easdem Constitutiones, seu regulas, vel literas alternativarum, aut alia Privilegia, & Indulta concessis hæc tenus, & in posterum concedendis simul, vel successivè vacare contigerit, etiam actu nunc, ut præfertur, vel alias quibusvis modis, & ex quorumcumque Personis videntur, ac ex eo, quod Beneficia ipsa obtinentes, seu in illis, vel ad illa jus habentes, nostri, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum, seu successorum nostrorum, aut S. R. E. Cardinalium etiam viventium, & in dicta Curia præsentium familiares, continui Commensales, seu dictæ Sedis Notarii, Subdiaconi, Acolythi, Cappellani, literarum Apostolicarum Abbreviatores, Scriptores, Cubicularii, scutiferi, proventuum, & jurium Cameræ Apostolicæ debitorum Collectores, & Subcollectores, seu quicumque alii Curiæ, & Sedis prædictarum Officiales, etiam sub diversis Constitutionibus felicis recordationis Pauli Papæ IV. Prædecessoris nostri, suorum, & pro tempore existentium Romanorum Pontificum familiarium, continuorum Commensalium declaratoriis comprehensi, præsentes, et futuri quocumque nomine nuncupati, seu ex quavis alia Causa dispositioni Apostolicæ specialiter, vel alias generaliter reservata, aut ex generali reservatione Apostolica affecta, seu ad Sedem eamdem devoluta existant, vel
fuerint

fuerint, solis indigenis dicti Regni, verè, realitè, et non fictè in eo natis, et nascituris affecta, et debita, prædictique alienigenæ ad hujusmodi Beneficia, in titulum, Commendam, administrationem, vel alias quomodolibet obtainendum, aut illorum fructus, redditus, proventus, jura obventiones, distributiones, et emolumenta quæcumque, seu super eis pensiones annuas percipiendum, omnino inhabiles, ac incapaces, et si ullo umquam tempore eadem Beneficia, etiam ad illorum Patronorum præsentationem sibi conferre, aut de illis provideri, seu fructus redditus, proventus, & pensiones hujusmodi reservari obtainuerint, aut collationibus, provisionibus, præsentationibus, institutionibus, reservationibus, & aliis dispositionibus ipsis desuper factis, seu etiam motu simili concessis uti, seu eas ratas, & gratas habere præsumperint, omni, & quocumque Beneficio, & Officio Ecclesiastico per eos, etiam extra dictum Regnum ubique obtento, eo ipso absque aliqua declaratione desuper facienda, privati existant.

Nec non quicumque Ordinarii, & alii inferiores Collatores, ac etiam Patroni, qui contra præmissa quicquam attentare præsumperint à quorumcumque Beneficiorum collatione, provisione, electione, præsentatione, institutione, & quacumque alia dispositione, prout cuique competierit, tandem suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice pro tempore existente meruerint obtainere. Et nihilominus si sic suspensi conferre, providere, eligere, præsentare, instituere, aut alias quomodolibet disponere ausi fuerint, Excommunicationis latæ sententiæ poenam eo ipso incurant, nec ullus alias, quam Romanus Pontifex pro tempore existens sive absolutionis, sive relaxationis Beneficium, excepto mortis articulo, valeat eis impartiri; *Et infra:*

Et quicumque Judices Ordinarii, vel Delegati, coram quibus litem contra quemcumque alienigenam in quovis Beneficio contra præsentium tenorem intrusum, tam in dicta Curia, quam extra, eam moveri contigerit, cum pri-

mmum

mum sibi legitimè constiterit, Beneficium ipsum ab alienigena detineri, possessionem, ac fructus, redditus, & provenitus ejusdem Beneficii, donec iis, ad quos de jure spectabunt, adjudicentur, sequestrare, ac sub arcto, & firmo sequestro ponere debeant, & teneantur. Ita tamen, ut si in fundationibus Beneficiorum de jurepatronatus Laicorum, seu illorum, & Clericorum mixtim, ut præfertur existentium, caveatur expressè, quod non nisi per Clericos, seu Presbiteros de ipsorum fundatorum genere, & familia oriundos obtineri possint, eo casu etiam alienigenæ, de genere, seu familia Fundatorum hujusmodi ad illa præsentari, ac in eis instituti liberè possint, nec sub præsenti Statuto, quoad assecutionem talium Beneficiorum comprehendantur: *Et infra:*

Decernentes omnes, & singulas Collationes, Provisiones, Commendas, Electiones, Acceptiones, Præsentationes, Institutiones, & quasvis alias dispositiones de quibuscumque Beneficiis dicti Regni Valentiæ, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, ac reservationes illorum Fructuum, Reddituum, Proventuum, & Pensionum super eisdem in favorem dictorum Alienigenarum, contra præsentis Statuti formam, & tenorem, etiam per nos, & quoscumque alias Romanos Pontifices Successores nostros, dictamque Sedem, ac illius Legatos, etiam de Latere, & Nuntios, omnesque, & singulos alias jus, & facultatem conferendi, providendi, commendandi, eligendi, præsentandi, instituendi, & alias quomodolibet de hujusmodi Beneficiis disponendi, illorumque Fructus, Reditus, Proventus, & super eis Pensiones reservandi ab ipsa Sede habentes, nec non Ordinarios, & alias inferiores Collatores, etiam ad Patronorum Præsentationem, seu de illorum consensu pro tempore factas, ipso jure nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac pro nullis, & infectis haberi, nec per eas cuiquam jus, vel etiam coloratum possidendi titulum tribui posse, ipsosque alienigenas illarum prorsus usu, & commodo carere, nec non Cancellariæ Apostolicae Regulas,

seu

seu Constitutiones de annali, & triennali possessoribus etiam propter quantumvis diuturnam continuatæ possessio-
nis tollerantiam, aut quodcumque aliud jus, vel Beneficium ullo tempore illis suffragari, seu Beneficia hujusmodi, ut prius vacare, & quæ illis tempore dispositionis Apostolicæ dictis alieniginis factæ eidem dispositioni reservata, seu affe-
cta fuerint, sub eadem reservatione, seu affectione remane-
re, & tam illa, quæ etiam omnia alia non reservata, neque
affecta, de quibus à dicta Sede, vel illius Legatis, seu Nun-
ciis, aut aliis jus, & facultatem conferendi à dicta Sede, ut præfertur habentibus, in hujusmodi alienigenas quando-
cumque dispository fuerit, ad novam Romani Pontificis pro tempore existentis dispositionem dumtaxat pertinere, ab Ordinariis verò, & aliis inferioribus Collatoribus, cestan-
tibus reservationibus, seu affectionibus Apostolicis, eisdem alienigenis pro tempore collata, ac etiam ea, quæ de jurepa-
tronatus hujusmodi fuerint, si contingat ad illa quemquam contra præsentis Statuti formam præsentari, devolutioni ad Sedem prædictam immediatè eo ipso subiacere, illaque omnia ab indigenis dicti Regni, & à Sede prædicta dumtaxat impetrari posse, nec jus ullum ad resignantes, seu cedentes, etiam si in possessione etiam diutina remanserint, & resigna-
tiones, seu cessiones hujusmodi publicatæ non fuerint, redi-
re, vel penes eos remanere.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone sequens deducitur Conclusio.

**BENEFICIA ECCLESIASTICA REGNI VALENTIÆ, ETIAM DE JUREPATRONATUS REGUM, DUCUM, ET ALIORUM LAICORUM, QUANDOCUMQUE VACARE CONTIGERIT, CONFERRÌ DEBENT SOLIS INDIGENIS EJUSDEM RE-
GNI, SUBLATA FACULTATE PATRONIS, ET ORDINARIIS COLLATORIBUS, ALITER PRÆSENTANDI, ET RESPE-
CTIVE CONFERRENDI; NISI ALITER FUERIT DISPOSITUM A FUNDATORE, IN LIMINE FUNDATIONIS** **Quam**
conclusionem confirmat etiam *Rot. dec. 1241. num 1. coram Emerix jun.*

I Animadvertis Sixtus V. Alienigenas, ex aliis Hispaniarum Regnis, & Provinciis oriun-
dos obtainere, & possidere Beneficia Ecclesiastica Regni Valentiaæ, ac frui hujus Regni
Clericorum pabulo; & è contra indigenas ejusdem Regni Valentiaæ, variis sub motivis,
repelli, & excludi à consecutione Beneficiorum in aliis Regnis, Provinciis, dominiis,
& insulis Hispaniarum; ex quo multa mala, & in convenientia sequebantur, nimurum
quod Clerici Valentini nequeentes Beneficia Ecclesiastica, neque in Patriæ solo pro-

Pars VI.

Vv pter

pter exterorum illa occupantium frequentiam, minusque extra obtinere, miserabilem vitam ducere cogebantur; quod alii, horum conditione perterriti, statum Clericalem abhorrebat, & melius vitam rudem ducere, quam in Ecclesiastica disciplina se exercere existimabant; quodque Fideles ab Ecclesiarum, & beneficiorum fundatione retrahebantur in grave Divini Cultus præjudicium; hinc injunxit ordinariis collatoribus conferre; Patronis vero præsentare ad omnia Beneficia Ecclesiastica in universo Regno Valentiæ existentia, indigenas, seu originarios ejusdem Regni, sub pena nullitatis collationis, & præsentationis, ac devolutionis eorumdem Beneficiorum, si aliter fiat, ad S. Sedem; quæ impetrari non possint, nisi ab eisdem indigenis; dummodo in limine fundationis à fundatoribus dispositum non fuerit, quod præsententur ad beneficia illi de familia, quo casu consanguinei Fundatorum essent admittendi, licet extranei, ac dummodo Valentini non admittantur ad beneficia alicujus Regni Hispaniæ, quo casu illi etiam istius Regni, licet alienigenæ, admitti, & præsentari possunt ad beneficia.

2 Valentia. Quæ Summi Pontificis dispositio æquior, ac rationabilius esse non potest, cum rationi, & Sacris Canonibus consentaneum sit, quod in Beneficiorum assequitione originarii, non originarii, cives exteris, & alienigenis præferantur ad Text. in can. nullus invitis can. obitum dist. 61. cap. nè pro defectu de elect. cap. bona mem. il 2. §. Intellexi mus de postulat. prælat. Quæ jura licet loquantur de Episcopis, extenduntur tamen ad quoscumque alios beneficiatos. Abb. in cap. ad decorum n. 4. de instit., pluribus que ad rem rationibus allegatis prosequuntur Innoc. in cap. quia diversi de concess. præb. D. Thomas secund. secundæ quæst. 63. art. 2. ad 4. Gonzal. in cap. te nobis num. 6. de Cleric. Peregrin. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 4. quæst. 25. per tot. Antunez. de donat. reg. lib. 2. cap. 29. n. 154. & seqq. Mandos. in regul. 16. cancell. quæst. 41. per tot. Paris. de resignat. Benef. lib. 4. quæst. 7. num. 2. Barbos. vot. decis. lib. 2. vot. 33. n. 12. & seqq. Rot. dec. 28. n. 7. par. 15. rec.

Conferunt ad materiam hujus Canonis ea omnia, quæ superius dixi Par. I. Can. V. Cas. XVIII, & Par. II. Can. IX. X. & XI. Cas. VII., quæ ibi legere poteris.

C A N O N X X.

SIXTUS V. Constit. 105. §. 6. & 10. Bull. Rom. tom. 2.

Ann. 1590.

Cum singularum rerum: *Et infra:* Mox etiam decrevimus inibi unam Præposituram ad Scalas Sanctas appellandam, unum Sacristæ officium, nec non quatuor Cappellaniæ, & quatuor Beneficia Ecclesiastica Clericatus nuncupata, & unum ostiariatum erigere: *Et infra.*

Postremo juspatronatus, & præsentandi Personas idoneas etiam alienigenas ad Præposituram, officium Sacristæ, quatuor Cappellaniæ, & alia Beneficia Clericatus nuncupata hujusmodi, dilecto Filio Nobili Adolescenti Michaeli Peretto Marchioni de Encisia, nunc autem Burgi Sancti Petri, Militumque custodiæ nostræ Præfecto nostro, secundum Carnem ex Sorore Pronepoti, ejusque masculis ex masculis descendantibus legitimis, & naturalibus, ac ex legitimo ma-

trimo-

trimonio natis, & procreatis. Ita tamen, quod præsentatio fieri debeat solùm à Primogenito, & ipsius Primogeniti primogenito usque in infinitum, eisque defientibus, ad secundogeniti, & aliorum successivè lineas, & denique in masculorum omnium defectum, jus hujusmodi ad fœminas, eorumque descendentes transeat, eisdem modo, & forma, quibus præsentatio ad aliam Præposituram, Sacrariam, Capellanias, & Beneficia per nos in Cappella ad Præsepe Domini in Ecclesia S. Mariæ Majoris erecta, ejusdem Michaelis etiam illorum Patroni descendantibus reservata fuit, prout in literis Apostolicis desuper expeditis, quarum tenorem haberi volumus pro expresso, ac ad verbum inserto, plenius continetur. Et postmodum si defecerint omnes à dicto Michaelie descendentes, jus patronatus, & præsentandi hujusmodi transeat ad dilectam in Christo filiam Flaviam, etiam Perettam dicti Michaelis Sororem germanam, si extabit, & post eam, vel si ipsa, non extabit, ad filios masculos, ipsius, & ab eis masculos descendantes, usque in infinitum, & cessantibus masculis, ad fœminas à dictis masculis descendantes, & cessantibus omnibus, tam masculis, quām fœminis descendantibus à dicta Flavia, succedat dilecta in Christo filia Ursina similiter Peretta ejusdem Michaelis etiam Soror germana, & post eam, vel si ipsa tunc non extabit, ejus filii masculi, ex masculis descendantes. Defientibus autem omnibus, & singulis masculis, & fœminis descendantibus à dictis Michaelie, Flavia, & Ursina, tunc succedat in jurepatronatus, qui nobis fuerit sanguine proximior, servato semper in omnibus casibus supradicto ordine Primogenituræ, transeundo scilicet de Primogenito in Primogenitum, & præferendo lineam Primogeniti lineæ secundogeniti, & masculos ex masculis descendantes natis ex fœminis, ac masculos ex fœminis ipsis fœminis, ac aliás in omnibus, & per omnia; prout in linea filiorum, & descendantium à dicto Michaelie, ut præferatur, aliás in literis prædictis ordinatum est: Ita quod jus præsentandi hujusmodi ad unum solum successorem insoli-

340 Commentaria ad singulos Canones
dum, & post illum ad alium semper deveniat, absque eo,
quod inter plures successores dividi possit.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone hæc deducitur conclusio.

JUSPATRONATUS AD PRÆPOSITURAM, AD UNUM OFFICIUM SACRISTÆ, AD QUATUOR CAPPELLANIAS, ET TOTIDEM BENEFICIA ECCLESIASTICA, AD SCALAS SANCTAS ERECTA, COMPETIT FAMILIÆ PERETTÆ DE PRIMOGENITO, IN PRIMOGENITUM =.

1 Opera tanti Pontificis D. Sapientia verificavit, quod legimus apud Isaiam = *Locum Pedum meorum glorificabo, & ad Sanctam Civitatem Hierusalem adorabunt vestigia pedum tuorum* = dum Sixtus V. Scalas Sanctas Salvatoris nostri Sacris Pedibus, pretiosissimo ejus cruce respersis calcatas, & ab Hierosolymis, à Prætorio, ubi Pilatus præfuerat, Romam adiectas, in Sanctiori loco ante ejusdem Sanctissimi Salvatoris nostri Cappellam prope Basilicam S. Joannis Lateranen., non finè magna Populorum ex omnibus Mundi Partibus confluentia, & veneratione reposuit, ac collocavit, per quas non nisi aëris genibus, orandi causa transire jussit; & insuper pro majori ejusdem Sancti Loci decoro, atque honorificentia, erexit ibi, ac fundavit unam Præposituram, unum Sacristæ Officium, quatuor Cappellanias, & quatuor beneficia Ecclesiastica, reservando Juspatronatus ad ea omnia favore Familiæ Perettæ de Primogenito, in Primogenitum, sicuti antecedenter anno 1587. illud reservavit favore ejusdem Familiæ ad Præposituram, & beneficia per eum ercta in Cappella ad Præsepe Jesu Christi in Basilica S. Mariæ Majoris, ut in ejus *Constitutione la 58. §. 24.*

Quoad hanc conclusionem sequens examinatur Casus.

ARGUMENTUM.

Præpositura ercta ad Scalas Sanctas de Jurepatronatus Familiæ Perettæ an sit incompatibilis cum Episcopatu.

SUMMARIUM.

- 1 *An Residentia, & servitium personale, tolli possit per consuetudinem.* Vide ibi, & num. 2. & 5.
- 3 *Ex facto Patroni argui an possit Beneficium non esse residentiale.*
- 4 *Præpositura ercta ad Scalas Sanctas est incompatibilis cum Episcopatu.* Et quare Vide ibi.

CASUS UNICUS.

Pluribus ab hinc annis possidebat R. P. D. Joannes Franciscus Tendörinus nuper assumptus ad Episcopatum Civitatis Castellanae, & Hortanae, Præposituram ut supra ad Scalas Sanctas à Summo Pontifice Sixto V. eratam, cumque ipse sub obtentu Decreti Consistorialis, quo Sanctissimus Dominus Noster eidem indulxit, retentionem beneficiorum compatibilium, putet se retinere posse dictam Præposituram; & è contra Marcus Ab-

bas Giglius, qui præsentationem ad eandem Præposituram obtinuit à Duce Ca-jestano Sforzia Cæsarino, Peretto, Præ-posituræ aliorumque beneficiorum Pa-trono, contendat ad se pertinere, & se in illa esse instituendum; quæstum fuit in Sac. Congreg. Concilii = *An Præpositura ad Scalas Sanctas sit incompatibilis cum Episcopatu Civitatis Castellanae, & Hortanae* =

Putabat Reverendissimus Episcopus, se unà cum Episcopatu retinere posse Præposituram in sequelam Decreti Consistorialis sibi indulgentis retentionem com-patibilium ex sequentibus rationibus re-latis in consueto *Folio* non minus doctè, quā eruditè extenso ab R. P. D. meo Lambertino Secretario, nimurum, quia licet in Bulla erectionis impositum sit Præposito, Sacristæ, & reliquis Cappellaniis onus celebrandi per se ipsos; ob-servantia nihilominus inolevit, quod ipsi, ut plurimum celebraverint per alios, cumque hæc observantia sit antiquissima, & penè immemorabilis, ut desumitur ex libris Missarum, qui inventi fuerunt, & qui incipiunt ab anno 1649. infertur ni-hil aliud esse quærendum, cùm nemo nou-sciat,

sciat, quod residentia, sive servitium, personale tolli potest per consuetudinem, quamvis illud in fundatione sit præscriptum, juxta *Gloss. in cap. Cùm omnes verb. consuetudinem tit. de consit.* quam laudat, & sequitur *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. n. 107.*

2 Accedit, quod hæc observantia dici nequit suo legitimo fundamento destituta, cùm etenim Sixtus Papa V. pro congrua dote tum Præpositi, tum aliorum, assignaverit annuam perpetuam pensionem scutorum quadringentorum super fructibus Prioratus Ecclesie Æsinæ, nec non centum, & quinquaginta loca montium, ita ut Præpositus singulis annis habere deberet scuta bis centum, Sacrista scuta centum, & quadraginta, Cappellani singuli scuta centum, & decem, & Clerici scuta quinquaginta, ut legitur in §. 8. citatæ Bullæ, propter obitum Pontificis immediate secutum, assignatio Pensionis super Prioratu non habuit effectum, redactoque toto fundo ad loca 150. montium non vacabilem, Præposito nihil aliud remanent, quam scuta 80. annua, & Cappellani sola scuta 40. quo stante, potuit, scientibus potissimum, & non reclamantibus Patronis, qui ut plurimum fuerunt S. R. E. Cardinales, introduci consuetudo eximens Præpositum, & Cappellanos ab onere celebrandi per se ipsos, & multo magis, cùm Pontifex ipse, qui dictum onus imposuit, in Bulla institutio- nis, Præposito dederit facultatem concedendi Cappellani licentiam celebrandi per alium Sacerdotem ab ipso approban- dum, in hypothesi, in qua ipsi essent legiti- mè impediti, sicuti legitur in Bulla §. 7. hæc siquidem circumstantia patefecit præcipuam ejus intentionem fuisse, ut Missæ celebrarentur, nec consequenter ab eodem fuisse volitam in Præpositura, & Cappellaniis residentiam illam veram, & præcisam, ex qua oritur incompatibili- tas cum cæteris beneficiis residentiam requirentibus.

3 Absque eo, quod hæc impugnari valeant à Domino Duce moderno Patrono, ipse siquidem nominavit R.P.D. Joannem de Matthæis Sanctiss. Domini Nostri Cubicularium honoris, & modo Prælatum, & Gubernatorem Civitatis Montis Altii, nominavit inquam, ad alteram ex Cap-

pellaniis vacantem, cumque hæc in Urbe residere non possit, ex facto ipso Ducis Patroni desumitur, non adesse in Cappellaniis strictum onus celebrandi per se ipsum, & sic cessare quoad ipsas quamcumque incompatibilitatem cum aliis be- neficiis licet residentialibus.

4 His tamen non obstantibus, meum ape- riendo votum in hac causa censebam, præfatam Præposituram esse incompati- bilem cum Episcopatu; siquidem perpen- sis ejusdem Præposituræ fundamentali- bus qualitatibus, agnoscebam ipsam ha- bere onus, seu potius honorem præiden- di Cappellanis, & Clericis, ut legitur in §. 6. Bullæ ibi = *Unam Præposituram, quæ inibi Dignitas censeatur pro uno Præ- posito, qui Cappellanorum, & Clericorum bujusmodi caput existat, ibidemque præ- sit = Insuper habere onus celebrandi per se ipsum;* ut in §. 7. ubi imponitur Præ- posito, Sacristæ, & Cappellani onus ce- lebrandi Missas per se ipsos, & Præposi- to datur facultas concedendi licentiam Cappellani celebrandi per alios, si legiti- mè fuerint impediti, subdendo, quod debeant illi Præposito obedire, tanquam membra Capiti ibi = *Qui quidem Præ- positus, Sacrista, & Cappellani teneri quali- bet hebdomada &c. Missam in novis facelis prædictis per se ipsos, aut si quo die ejusdem Præpositi arbitrio legiti- mè impediti fuerint, per alium Presbyterum ab ipso Præposito ad hoc specialiter approbadum celebrare, ac ministrare =* Ac denique habere jurisdi- ctionem, & auctoritatem instituendi Sa- cristam, Cappellanos, & Beneficiatos, ut in §. 11. ibi = *Institutio verò ad præsen- tationem bujusmodi Vicario Urbis prædicto, quo ad Præposituram tantum, quo ad Sa- cristiam verò, Cappellanas, & Beneficia, sive Clericatus bujusmodi ipsi Præposito pro tempore existentii concessa sit =* Adverte- bam etiam hujusmodi Præposituram unà cum dictis beneficiis fuisse erectam in hoc sancto Loco pro ejus majori cultu, ac ho- norificentia. Ex quibus omnibus illam esse in gradu Præposituræ residentialis constitutam, adeoque incompatibilem cum Episcopatu, minimè vedetur ambi- gendum, ex superiùs deducatis Par. II, Can. XXVII. Cas. IX. & Cas. X.

Nullatenus adversante observantia, quæ erat fundamentalis basis præten- sio- nis

nis Reverendissimi Episcopi, ea namque non verificatur in facto, nec relevat in jure. Non verificatur quidem in facto, tum quia ex Regestis S. Congregationis Concilii habetur, quod Joannes Puccius Secretarius Cardinalis Montis Altii, & Præpositus hujus ejusdem Præposituræ supplicavit pro licentia celebrandi per alium, quæ attenta ejus infirmitate concessa fuit die 3. Martii 1657. Tum quia in Registro Tabellarum onerum Missarum legitur, quod Præpositus, & cæteri Cappellani habent onus celebrandi per se ipsos, ex quibus potius resultat observantia in contrarium, absque eo, quod vis ulla fieri valeat in celebrationibus Missarum per alios, quæ factæ asseruntur à Cappellani, cùm id potuerit procedere à licentia Præpositi facultatem habentis eam elargiendi, in casu impedimenti.

5 Non relevat autem in jure, tum quia non percutit alia onera personalia Præpositi, præsidendi nimirum, & alia, ut supra faciendi, tum quia, aut prætenditur hujusmodi observantia ante Concilium Tridentinum; & hoc est impossibile, quia ante Concilium non debebatur hæc Præpositura; Aut prætenditur post Con-

cilium, & id pariter est impossibile, cùm illud contra claram Fundatoris voluntatem, reiiciat contrariam observantiam tamquam abusum, & corruptelam, ut in cap. 5. *Jeff. 25. de reform.* de quo supra *Par. V. Can. XI.* & tradit *Rot. decif. 496. n.9. par. 1. & decif. 216. n.4. & seq. par. 2. rec.* Addito præsertim, quod Bulla erectionis hujus Præposituræ, continet clausulam *sublata*, & decretum irritans, ut in §. 12. & 13. per quæ annullatur, & inficitur quæcumque contraria observantia *Rot. decif. 400. par. 9. & in Colonien. Canoniciatus 13. Junii 1699. §. Prout coram Eminentissimo Scotto.*

Minusque urget redditum diminutio, ac factum Domini Ducis, qui R. P. D. Matthæum præsentavit, quia redditum diminutio non sufficit in casu præsenti pro eximendo onere imposito in fundatione, & quia Patronus præsentavit R. P. D. de Matthæis, tempore, quo non erat declaratus Gubernator Montis Altii.

Et ita resolutum fuit ab eadem S. Congreg. in Romana Præposituræ 1. Aprilis 1719.

C A N O N X X I.

GREGORIUS XIV. Constat. VI. §. 14. Bull. Rom. Tom. 2.

Ann. 1592.

O Nus Apostolicæ servitutis: *Et infra.* Hortamur vero in visceribus Domini Nostri IESU Christi, ac paterna charitate monemus eos omnes, qui ab hac Sancta Sede nominandi, præsentandi, vel etiam eligendi futuros Episcopos, vel Abbates, jus habent, ut serio apud se cogitent, quanti momenti sit hoc negotium, ex quo salus Animarum, tranquillitas Reipublicæ, incolumentas Religionis, propagatio Fidei, aliaque permulta, & maxima bona dependent. Illud etiam sæpe, & sæpius ad mentem revocent, quod Sancta Tridentina Synodus admonet, nihil se ad Dei gloriam, & Populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant, eosque alienis

nis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium cupiditatibus, sed eorum exigentibus mentis præfici diligenter curaverint. De nominandis verò, præsentandis, vel eligendis ad Regulares Dignitates, præter ea, quæ superiùs observanda esse declaravimus, illud quoque paternis his nostris hortationibus, & monitionibus adjiciendum censuimus, ut nominationis, præsentationis, vel electionis jus habentes, eos eligere studeant, atque omnino conentur, qui non modò eumdem ordinem sint ante professi, sed in eodem etiam satis diu laudabiliter versati, neque enim decet, ut magistri aliorum esse incipient, qui non fuerint ante discipuli, & subditis imperare præsumant, qui priùs non didicerint Superioribus obedire.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone sequens deducitur conclusio.

HABENS JUS PRÆSENTANDI AD DIGNITATES EPISCOPALES, ET ABBATIALES, AC AD ALIA BENEFICIA CON-

SISTORIALIA DEBET PRÆSENTARE PERSONAS IDONEAS =

1 Super humeris Romani Pontificis cùm sit reposita omnium Ecclesiarum sollicitudo, & cura; nulla major ei cogitatio fuit, quam ut Beneficia suprema, dignis Pastoribus præsiderent, qui operibus, ac doctrina Oves sibi commissas pascerent; Integritas enim Præsidentium, salus est subditorum; exclusis proinde, ac remotis Populo, Clero, & Cathedralium Capitulis ab Episcoporum electionibus, exceptis dumtaxat Capitulis Germaniæ, apud quæ ex vi Concordatorum adhuc viget electio, ut vidimus superiùs *Can. II.* ac sibi restituta, & reservata facultate eligendi, seu deputandi Antistites in Ecclesiis Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus ex vi Regula secundæ Cancellariæ, de qua supra *Can. XV.* varia, & utilia Sedes Apostolica, pluribus Conciliorum Decretis, & Constitutionibus decrevit, quo ad providendos ad Cathedrales, & Superiores Ecclesiæ. Voluit namque juxta præceptum Dei, quo in personis Timothei, & Titi, omnium Sacerdotum Christi numerus eruditur, per D. Paulum emissum *epist. 1. ad Timoth. cap. 3. ad Tit. cap. 1.* Promovendum ad hujusmodi Dignitates esse irreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem, benignum, justum, sanctum, continentem, non vinulentum, non percussorem, non litigiosum, non turpis lucri cupidum, non superbum, nimis voluit Episcopum esse ex legitimo Matrimonio natum, Catholicum, maturam ætatem ad minus triginta annorum, gravitatem morum, literarumque scientiam habere, sacris Ordinibus saltē ante sex menses initiatum esse; Totius namque Familia Domini status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite; ut in *cap. Cū in cunctis de Elect.* & *ex Concil. Trident. cap. 1. sess. 7. de reform.*

2 Jussitque in eodem Concilio *cap. 1. sess. 24.* & in hoc Canone, sive Constitutione Gregorii fieri examen, processum, seu inquisitionem de Fide, Vita, moribus, doctrina, & pru-

CANON

prudentia Promovendorum, & præscripsit formam omnino observandam in confectio-
ne hujusmodi processus, sive inquisitionis; Videlicet quod quando processus sit confi-
ciendus extra Curiam, hoc munus spectet ad Legatos Sedi Apostolicæ, seu Nuncios
Provincialium, in quibus, si isti non adsunt, ad Ordinarios Personarum Promovendarum,
& iis deficientibus ad Ordinarios viciniores, qui per se ipsos, & non per eorum Vica-
rios, Ministros, vel Auditores id explere debent; Quod si forte contingat aliquem ex
Prælatis, ad quem ordine supradicto spectat confidere processum consanguinitate, vel
affinitate usque ad tertium gradum cum Promovendo esse conjunctum, si Legatus ex-
cludendus est, & ad Nuntium, si Nuntius ad Ordinarium, si Ordinarius ad vicinorem
Ordinarium, inquisitionis officium est deferendum; sicut si quis legitimè impeditus per
se ipsum, processum confidere non possit, eodem ordine transferatur ad alium Præla-
tum impedito vicinorem; & si Prælatus inquirens ob locorum distantiam, testes per se
ipsum super aliquo articulo commodè examinare non valeat, partem illam alteri Per-
sonæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, non autem universam inquisitionem subrogare
poterit.

- 3 Si verò processus sit conficiendus in Romana Curia, tunc id spectat vel ad Cardinalem, qui apud Sedem Apostolicam est Protector illius Provinciæ, in qua sita est Ecclesia, vel Monasterium, si Ecclesia, vel Monasterium, cui est providendum, sit ad nominationem, seu præsentationem Imperatoris, & alterius Regis, & Principis, vel ad Cardinalem à Papa deputandum.
- 4 Idem Prælati, ordine, & gradu, quo supra confidere etiam debent processum pro ha-
benda informatione status Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus providendum
erit.
- 5 Prælatus autem, qui confecturus est processum formare debet interrogatoria, & arti-
culos super qualitatibus promovendi, & statu Ecclesiæ, & super eis interrogare Testes,
qui sint viri pii, graves, & prudentes, sanguine non attinentes, aut nimium familiares,
neque inimici, aut æmuli Personæ promovendæ; Quibus omnibus peractis idem Præ-
latus, præsente Notario, & Testibus recipere debet professionem Fidei à Promovendo
faciendam, atque eam à se admissam, & receptam propriæ manus subscriptione testari;
Is quoque, qui dictam professionem fecerit, eam subscribet. Hujusmodi autem proce-
sus perfectè compilatus, transmittendus est ad Sedem Apostolicam, qui subscribitur,
& expeditur à Cardinale, cui proponendi munus incumbit, & à tribus priorum Ordin-
num Cardinalibus.
- 6 Hortatur verò Summus Pontifex Patronos, & eos, qui habent jus præsentandi ad Ca-
thedrales, & Beneficia Concistorialia, ut ad ea præsentent Personas idoneas, quæ
præsentationes, & nominationes examinari debent à Congregatione Concistoriali, ut
disponitur à Sisto V. *Confis. 74. Cong. 3.* meminisse enim debent Patroni nihil se ad Dei
gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Eccle-
siæ gubernandæ idoneos promoveri studeant, eosque alienis peccatis communicantes
mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non
quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exi-
gentibus meritis præfici diligenter curaverint, ut his verbis admonet Concilium Tri-
dentinum *dicto cap. 1. sess. 24. de reform.*

CANON

C A N O N XXII.

INNOCENTIUS XII. *Constit. XLIV.*

Ann. 1694.

Speculatores Domus Israel. *Et infrā.* Verum quo impensis Apostolicae Gubernationis curam, & cogitationes in hæc interdicimus, eò majori cum animi nostri dolore ex quamplurium Ven. Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum in diversis regionibus existentium delatis ad nos querelis accepimus, graviora quotidie malignari inimicum in sancto, sacrilega scilicet illorum impudentia in dies crescente, qui propriæ salutis immemores, Clericales Ordines sibi forsan à propriis Præsulibus denegatos, seu quos aliquibus Canonicis sibi obstantibus impedimentis, denegari meritò verentur, ab alienis Episcopis, non quæ Jesu Christi, sed eas, quæ ad ipsos non pertinent, oves in animarum suarum perniciem quærentibus, nec tot Canonicas damnationes contra usurpantes alienæ Plebis homines latas perhorrescentibus absque suorum Prælatorum commeatu, hoc est Dimissoriis, commendatitiisque eorum Literis destituti, quinimò eis insciis, & sæpè etiam invitis, sub minus legitimis Beneficii Ecclesiastici, originis domicilii, seu etiam familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Episcoporum commensalitatis quæsitis titulis, in sacrarum Legum fraudem, & contemptum, illegitimè suscipiunt, atque ita non intrantes per ostium, & nihilominus Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, Sacrificium in sacrilegium convertunt, Judicium absque misericordia sibi confiscunt, Deoque minimè placentes, & tamen placere velle præsumentes, non modò eum non placant, sed magis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere: non requireret.

Hinc est, quod nos ex commisso nobis divinitus Apostolicae Servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala hu-

Pars VI.

xx

jusmodi

iusmodi penitus, & omnino è medio tollere, ac irreligiosam contrafacentium audaciam, quantum nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes: *Et infrà.* Hac generali nostrâ, & perpetuò valiturâ constitutione decernimus, & declaramus nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalibus honore fulgeat, licere exterum, quempiam, ac sibi ratione originis, seu domicilii, juxta modum inferiùs declarandum legitimè cotracti non subditum, ad Clericalem Tonsuram promovere, cujusvis Beneficii Ecclesiastici, ei statim, ac Tonsurâ hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is à Patronis jam præsentatus, seu nominatus fuerit, prætextu, etiamsi Beneficium prædictum de novo, eâ expressè adjecta lege fundatum suisse, constiterit, ut quis immediatè post Clericalem characterem suscepit, ad illud instituatur; Præterea Clericum, qui legitimè jam à proprio Episcopo ad eamdem Clericalem, Tonsuram, seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo, ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Dioecesi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem, Testimoniales literas proprii Episcopi, tam originis, quam domicilii, super suis natalibus, ætate, moribus, & vita, sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo Ordinanti in actis illius Curiæ conservandas exhibuerit.

Licet verò Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Dioecesi obtenti, subjici dicatur jurisdictioni illius Episcopi, in cuius Dioecesi Beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cætero hāc in re inconcussè servari volumus regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendo Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem, sive juxta Taxam Synodalem, sive eâ deficiente, juxta momen regionis pro promovendis ad sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinario pacificè posseideatur, sublata quacumque facultate supplendi, quod deficeret,

ficeret ; fructus ejusdem Beneficii cum adjectione Patri-
monii etiam pinguis , quod ipse Ordinandus in eadem ,
seu alia quavis Diœcesi obtineret , ac Episcopus sic or-
dinans , tam de prædictis Testimonialibus literis , quām
de redditu Beneficii hujusmodi , expressam , in consueta
collatorum Ordinum attestatione , mentionem facere de-
bebit .

Cæterum subditus ratione originis is tantum sit , ac
esse intelligatur , qui naturaliter ortus est in ea Diœce-
si , in qua ad Ordines promoveri desiderat , dummodo
tamen ibi natus non fuerit ex accidenti , occasione nimi-
rum itineris , Officii , Legationis , mercaturæ , vel cujusvis
alterius temporalis moræ , seu permanentiæ ejus Patris
in illo loco , quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nati-
vitas , sed vera tantum , & naturalis Patris origo erit at-
tendenda ; Quod si quis tanto temporis spacio in eo lo-
co , in quo ex accidenti , sicut præmittitur , natus est ,
moram traxerit , ut potuerit ibidem canonico aliquo im-
pedimento irretiri , tunc etiam ab Ordinario ejus Loci li-
teras Testimoniales , ut supra obtinere , aliasque Episco-
po Ordinanti per eum in collatorum Ordinum testimonio
similiter recensendas , præsentare teneatur .

At si Pater in alieno loco , ubi ejus filius natus
est , tamdiu , ac eo animo permanserit , ut inibi verè
domicilium de jure contraxerit , tunc non origo Pa-
tris , sed domicilium per Patrem legitimè , ut præfertur ,
contractum pro Ordinatione ejusdem filii attendi de-
beat .

Subditus autem ratione domicilii , ad effectum susci-
piendi Ordines , is dumtaxat censeatur , qui licet alibi na-
tus fuerit , illud tamen adeò stabiliter constituerit in
aliquo loco , ut vel per decennium saltem in eo habi-
tando , vel majorem rerum , ac bonorum suorum partem
cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferen-
do , ibique per aliquod considerabile tempus commo-

rando, satis superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulteriùs in utroque casu se verè, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet, si quis autem à propriæ originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ originis Testimoniales literas, ut supra afferre debebit, ac de illius expressa similiter mentio, in susceptorum Ordinum literis, facienda erit.

Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis subditum familiarem suum ad aliquos sacros, seu minores Ordines, vel etiam primam Tonsuram promovere, seu ordinare, præsumat, absque ejus propriis originis, scilicet, seu domicilii Prælati Testimonialibus literis, ut supra, & nisi ad præscriptum Concilii Tridentini præfati, familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit, Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam, juxta modum superiùs præfinitum, sufficiat, quacumque fraude cessante, statim, hoc est saltèm intrà terminum unius mensis à die factæ Ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi Testimonio expressam itidem familiaritatis, ac literarum prædictarum mentionem facere teneatur.

Porrò, ut quicumque fraudibus aditus omnino præcludatur, volumus, & Apostolica auctoritate statuimus, atque decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione originis, seu domicilii subditos Clericos, quoscumque ab alienis Episcopis, quavis auctoritate; etiam cum suis commendatitiis literis promotus, nedum ad formam Concilii Tridentini supradicti, quo ad scientiam examinare valeat, verùm etiam Ordinum eis collatorum Testimoniales literas, gratis tamen recognoscere, ac diligenter perquirere, an quo ad illos præsentis Constitutionis forma, & dispositio adimpta fuerit, assignato sic

promo-

promotis termino competenti, ac magis beneviso, ad docendum de ejusmodi adimplemento, itaut quos etiam termino elapso id minimè præstisffe compererit, à susceptorum Ordinum exercitio, si ita, & quamdiu ei expedire videbitur, suspendere, illisque nè in Altari, aut in aliquo Ordine ministrent, indicere possit.

Ita verò præmissa omnia, & singula perpetuò, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, ut si quis in iisdem præmissis, seu eorum aliquo secus fiat, Ordinans quidem à collatione Ordinum per annum, Ordinatus verò à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus poenis pro modo culpæ, nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis, uterque subjaceat.

COMENTARIUM.

EX hoc Canone sequentes deducuntur conclusiones.

Prima \equiv EPISCOPIS NON LICET ALIQUEM PRÆSENTATUM, SEU NOMINATUM A PATRONIS NON SUBDITUM RATIONE ORIGINIS, AUT DOMICILII AD CLERICALEM TONSURAM PROMOVERE, PRÆTEXTU CUJUSVIS BENEFICII ECCLESIASTICI, EI STATIM, AC TONSURA HUJUSMODI INSIGNITUS FUERIT, CONFERENDI, ETIAM SI BENEFICIUM FUERIT FUNDATUM EA LEGE, UT QUI IMMEDIATE POST CLERICALEM CHARACTEREM SUSCEPITUM AD ILLUD INSTITUATUR \equiv

Secunda \equiv PROMOTUS AD CLERICALEM TONSURAM, AUT AD MINORES ORDINES A PROPRIO EPISCOPO, NON POTEST AD UTERIORES ORDINES PROMOVERI AB ALIO, RATIONE SUBJECTIONIS EX BENEFICIO, ABSQUE TESTIMONIALIBUS EPISCOPORUM ORIGINIS, ET DOMICILII \equiv Quæ conclusiones comprobantur ex Text. in cap. Eos, & cap. Cùm nullus de tempor. ordin. in 6. & à Concilio Tridentino cap. 2. seq. 14. & cap. 8. seq. 23. de reform. & auctoritate plurim Doctorum, nimurum Fagnan. in cap. Quod à Prædecessore de Schismaticis num. 88. & seqq. & in cap. Nullus de Paroch. num. 8. Passerini. in cap. Nullus de tempor. ordin. nu. 5. Garz. de Benef. par. 2. cap. 5. nu. 130. Pignattell. consult. 189. num. 82. & seqq. tom. 9. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 2. alleg. 4. n. 1. & alleg. 19. n. 28. & ad Concil. seq. 21. cap. 2. nu. 9. R. P. D. Petra in Comment. ad Constat. Apostolic. tom. 1. pag. mibi 330. num. 69. Monacell. formul. for. tit. 13. formul. 3. nu. 12. Lamperez ad Bullam Speculatorum nu. 315. & seq.

¶ Non sine magno animi dolore audiens Summus Pontifex Innocentius XII. fel. record. in materia adeò gravi, qualis est Ordinum collatio, manuumque impositio, Ecclesiasticum Ordinem confundi, & turbari; Episcopos videlicet alienos subditos ad Ordines indebet, ac irrationabiliter promoveri, cùm non debeat unus Pastor se ingerere in Ovibus alieni ovilis, quæ alteri Pastori commissæ sunt, sed unusquisque suarum Ovium curam habere teneatur; ad hoc enim Dioceles jure optimo fuerunt distinctæ, & unicuique Gregi proprii attributi Pastores; hinc tenens alta mente repositum, quod scrip-

ptum

ptum reliquit Gregorius Magnus *in Can. Pervenit 11. queſ. 1.* nimirum \equiv Si sua unicuique Episcopo juridictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit Ordo, confundatur \equiv ne confusione hanc Apostolica Auctoritate non reprimendo, diceretur eam approbare, Pastorali sollicitudine prohibuit Episcopis promovere Laicum non subditum ratione originis, vel domicilii ad primam Tonsuram, prætextu cuiusvis Beneficii Ecclesiastici, & etiamsi ad illud fuisset à Patronis præsentatus, aut nominatus, modo, quo supra *Par. I. Can. V. Cas. XIII.* explicuimus, nimirum \equiv sub conditione Clericatus, ea ratione, quia ad hoc, ut Episcopus ordinare possit alienum subditum ratione Beneficii, requiritur quod Ordinandus sit Clericus, & quod Beneficium possideat, ad *Text. in cap. Cùm nullus de tempor. Ordin. in 6.* Laicus autem, ut supra præsentatus, aut nominatus, Beneficium non possidet, imò nec jus habet in re, nec ad rem, unde prætextu Beneficii, ad quod sit præsentatus, Clericali Tonsura ab alieno Episcopo nequit insigniri; Et sic confirmavit idem Pontifex in hoc *Canone* sententiam eorum afferentium ratione solius præsentationis ad Beneficium non posse licet ab alieno Episcopo quem ordinari, nec ad primam quidem Tonsuram sive literis dimissorialibus proprii Ordinarii originis, vel domicilii, quam refert, & sequitur *Pignattell. consult. 189. n. 82. & seqq. tom. 9.* & è contra reprobavit sententiam *Panimolla. decis. 139. n. 5.* contrarium sententis. Prohibuit etiam Clericum à proprio Episcopo ordinatum, ab alio Episcopo ad ulteriores Ordines promoveri, prætextu cuiusvis Beneficii in illius Diœcesi obtentum absque literis testimonialibus Episcopi, tam originis, quam domicilii, quia cùm intruque loco Clericus ordinandus aliquo canonico impedimento potuerit irretiri, congruum est, ut afferat testimoniales Episcopi utriusque loci, quibus testetur de ejus naturalibus, aetate, moribus, & vita; Et quidem hæc omnia prohibuit sub pena suspensio- nis, respectu Ordinantis, à collatione Ordinum per annum, respectu vero Ordinati, ab executione Ordinum arbitrio proprii Ordinarii, & aliis poenis, Romani Pontificis arbitrio pro tempore existentis.

Ad materiam hujus *Canonis* sequentes exponuntur casus in Sacra Congregatione Concilii ventilati.

ARGUMENTUM.

De Requisitis necessariis ad hoc, ut quis dicatur subditus Episcopo ratione Beneficii, ad effectum, ut ab eo ordinari possit præviis testimonialibus Episcopi originis, & domicilii,

SUMMARIUM.

- 1 Quando quis ordinari possit ad titulum beneficii tenuis una cum supplemento ex bonis patrimonialibus? Vide ibi.
- 2 Supplementum an fieri possit ab Episcopo beneficii tenuis?
- 3 Ad hoc, ut quis ordinari valeat ab Episcopo beneficii tenuis cum supplemento patrimonii, requiruntur literæ testimoniales, & dimissoriales Episcopi originis. Et num. 7.
- 4 Qua requirantur ad hoc, ut quis dicatur subditus ratione beneficii? Vide ibi.

5 Pro statuenda congrua sustentatione ordinandi, quæ Taxa sit servanda? Vide ibi.

6 Si beneficium sit insufficiens nequit Episcopus quempiam ordinare ad titulum illius, ut Ordinarius beneficii.

8 Ad effectum statuendi sufficientiam beneficii, an detrahenda sint onera Missarum.

C A S U S I.

P Ost collatam ab Archiepiscopo Sipontino Joanni Pace Clerico Romano suo familiari Mansionariam residentialem unam cum simplici beneficio, quorum fructus congruam patrimonii sacri à Synodo Sipontina præscriptam excedebant, exorta fuit controversia, an onera Missarum essent deducenda, ad effectum statuendi, quod ipse haberet sufficiens sacrum patrimonium pro sacris Ordinibus suscipiendis, cumque die 27. Novembris 1717. S. Congregatio Concilii demandaverit, ut super hoc articulo

lo scriberetur pro veritate; & hoc interim prædictus Clericus, ad evitandam quamcumque controversiam, supplementum obtinuerit ex bonis patrimonialibus Archiepiscopi Sipontini, ita ut deductis etiam oneribus Missarum, nulla sit amplius controversia quin ipse habeat sufficiens patrimonium constitutum partim in beneficiis, partim in bonis propriis Archiepiscopi, loquendo tamen de sufficiencia patrimonii non ad tramites Taxæ Urbis, sed ad tramites Taxæ Sipontinæ, fuerunt à memorato Clerico Joanne Pace preces renovatæ, pro facultate ascendendi ad sacros Ordines unà cum instantia, ut Tribunali Eminentissimi Vicarii Urbis demandetur, quod sibi literæ testimoniales concedantur; Proposita proinde fuerunt sequentia dubia.

Primo = An Oratori indulgenda sit facultas ascendendi ad Ordines sacros ad titulum Mansionariae unà cum supplemento ex bonis patrimonialibus in casu &c. Et quantum affirmativè.

Secundo = An eidem danda sint à Tribunali Eminentissimi Vicarii Urbis literæ testimoniales, vel dimissoriales in casu &c.

Quibus meum aperiendo votum ad primum affirmativè; Ad secundum dandas esse ab Eminentissimo Vicario literæ testimoniales, & dimissoriales ad normam Taxæ Urbis, respondendum censem.

Etenim Mansionaria supradicta juncta cum patrimonio ab Episcopo Sipontino de propriis bonis assignato, est sufficiens ad congruam sustentationem Oratoris, & cùm sit residentialis, per promotionem ejusdem Oratoris consulitur necessitati, & utilitati Ecclesie, quo casu permitti potest quemquam ordinari ad titulum beneficii tenuis unà cum supplemento ex bonis patrimonialibus juxta Tridentinum cap. 2. sess. 21. de reform. ibi = Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari post hæc non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos, pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque priùs perspecto, patrimonium illud, vel pensionem, verè ab illis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satiis sint = Fagnan. in cap. Episcopus num. 29. de præben. Lamperez ad Bullam Speculatorum num. 242. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 2. alleg. 19. n. 14. & ad

Concil. sess. 21. cap. 2. num. 47 Monacell. formul. legal. instruct. 8. par. 3. pag. mibi 227. num. 25. & tit. 3. formul. 3. num. 7. tom. 2.

2 Noti obstat, si dicatur, quod supplementum ex bonis patrimonialibus fieri debeat ab Episcopo originis, non verò ab Episcopo beneficii tenuis, & insufficientis; quia licet Episcopus beneficii tenuis supplere nequeat congruam cum alio beneficio, aut cum bonis patrimonialibus, ad effectum, ut Clericus, cui confertur hujusmodi beneficium, efficiatur quo ad ordines, ejus subditus; & quidem optima ratione, nam aliàs aperiretur via fraudibus, ut optimè animadvertisit Monacell. formul. legal. tom. 3. pag. 227. à num. 20. usque ad 26.; Valet tamen constitue sufficiens patrimonium partim ex beneficiis, partim ex bonis patrimonialibus, ad effectum, ut Clericus ordinari possit ab Episcopo originis, & domicilii, vel à se cum licentia, seu literis dimissorialibus Episcopi originis, & domicilii, ut fuit admissum à Congregatione Concilii in Tudertina Cappellania 12. Martii 1718.

3 Sed ad hoc ut Orator, qui est Clericus Romanus, ordinari valeat ab Episcopo Sipontino ad titulum hujus Mansionariae cum supplemento patrimonii, non sufficiunt solæ literæ testimoniales Eminentissimi Vicarii Urbis, sed requiruntur etiam dimissoriales; Quia memoratus Orator ratione dictæ Mansionariae non

4 est subditus Episcopi Sipontini; Siquidem ad hoc, ut quis dicatur subditus alterius Episcopi ratione beneficii, ad effectum, ut ad hujus titulum ab eo ordinari possit cum solis literis testimonialibus Episcopi, originis, & domicilii, requiriatur primo, quòd Ordinandus beneficium pacificè possideat, secundo, quòd beneficium sit per se sufficiens ad congruam Ordinandi sustentationem, juxta dispositionem hujus Canonis, & Concilii Tridentini cap. 2. sess. 21. de reform. Gloss. in cap. Cùm adeo de rescript. verb. sufficien- tem, Lamperez ad Bullam Speculatorum n. 365. Monacell. formul. for. Eccles. par. 3. pag. 227. nu. 26. Et quidem quod sit sufficiens juxta Taxam Synodalem Loci beneficii, si beneficium sit residentialis, & per se satiis sit pro congrua Ordinandi sustentatione, ut resolvit eadem Sac. Congre- gatio in Romana, seu Sanctæ Agathæ Go- thorum

5

- torum 27. Maii 1713. Siverò sit simplex; juxta Taxam Loci originis, ut fuit resolutum in Alatrina 9. Julii 1701. & in Ariminum. Ordinationis 10. Januarii 1705.
- 6 Etenim si beneficium sit insufficiens non potest Episcopus quempiam ordinare ad titulum illius, aut dimissorias concedere uti Ordinarius beneficij Card. de Luc. in annot. ad Concil. disc. 14. nu. 13., & fuit rescriptum in Romana, seu Nullius Farfensi. Ordinationis 5. Junii 1717.
- 7 Cùm autem in præsentiarum Mansonia, de qua agitur, collata Oratori ab Ordinario Sipontino sit per se insufficiens ad congruam sustentationem, sequitur, quod ratione illius Orator non sit subditus ejusdem Episcopi Sipontini, & quod non valeat ab hoc ordinari absque literis dimissorialibus Eminentissimi Vicarii Urbis, uti Ordinarii originis, ut in terminis tuetur Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 2. par. 6. cap. 6. difficult. 2. ubi inquirens, An ubi beneficium sit tenue, & extra Patriam, cui ad congruam sustentationem jungatur patrimonium, ad quem tunc spectabit Ordinatio? num ad Episcopum beneficij, vel ad Episcopum patrimonii? respondet = pertinere ad quemlibet, sed de alterius licentia, & præsertim non posse istum ordinari ab Episcopo beneficij absque dimissoriis Episcopi Patriæ, quod præsumetur fuisse ad declinandam jurisdictionem Episcopi Patriæ. Hæc autem fraudis suspicio, tunc sane merito ingrauesceret, si beneficium, ad cuius titulum Ordinandus promoveretur, de proximo collatum illi fuisse, vel se post Ordinationem reverteretur ad habitandum in propria Patria =
- Et ita resolutum fuit à Sac. Congregatione in Romana, seu Sipontina 23. Julii 1718.
- 8 Quæro hic an detrahenda sunt onera Missarum beneficio injuncta, ad effectum statuendi illius sufficientiam.
- Respondeo negativè nisi numerus Missarum esset adeò excessivus, ut non posset omnes per Beneficiatum intrà annum celebrari, tunc enim extrahendum esset stipendum, quod aliis solvere ipse deberet, ut tuerit Lamperez ad Bullam Speculatorum nu. 366. ibi = Nota tamen quod licet obligationes Missarum Beneficiis, seu Cappellaniis annexæ vocentur quoque onera; ceterum cùm stipendum earum percipiatur, seu percipi possit ab eodem Beneficiato, seu Cappellano, cedit in congruam sustentationem ipsius, & sic non extrahendum à suppuratione = & resolutum fuisse à Sacra Congregatione Concilii testatur Monacell. formul. legal. par. 1. pag. 345. n. 1.

ARGUMENTUM.

Promotus ad Sacros Ordines ad titulum Cappellaniæ de Jurepatronatus, cum supplemento Patrimonii, si hoc distrahat, & alienet absque consensu Episcopi, an alienatio sustineatur?

SUMMARIUM.

- 1 Alienatio domus in supplementum patrimonii sacri assignata facta absque licentia Episcopi, est nulla; etiam si in locum domus alienata, fuerit subrogatus alius fundus: ut num. 2.

CASUS II.

Ludovicus Ramazzotus ad Ordines sacros promotus fuit ad titulum Cappellaniæ de jurepatronatus Laicorum onus habentis Missæ quotidianæ, & cum supplemento patrimonii sacri à Joanne Baptista Patre constituto super quædam ejus domo valoris scut. 300. monetæ Urbini, & annui redditus scut. 12. successivè dictus Sacerdos reportata die 13. Decembris 1707. à Ludovico Maruscello Romano cessione cujusdam asserti crediti fructiferi scutorum in forte 409., & provenientis ab instrumento stipulato anno 1645. in subrogationem sui patrimonii, finè licentia Ordinarii, consensum præstitit, ut ejus Pater domum, ut supra assignatam distraheret, prout de facto die 3. Januarii 1708. vendidit; hinc inter cætera quæslitum fuit = *An alienatio domus in supplementum patrimonii sacri assignata sustineatur in casu &c.*

- 1 Cui negativè respondendum dicebam; quia alienatio hujusmodi domus fuit facta absque licentia Episcopi omnino requisita ad validitatem alienationis bonorum patrimonii sacri, juxta dispositionem S. Concilii Tridentini sess. 21. de reform. cap. 2. ibique Barbos. nu. 59. & seqq. Gonzal.

zal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 10.
nu. 13. Gratian. disc. forens. 159. nu. 2. ibi-
que Carol. Anton. de Luc. nu. 1.

2 Nullatenus attento, quod in locum
dictæ domus fuerit subrogatum quoddam
creditum fructiferum in sorte scut. 409.;
hæc enim subrogatio, utpotè destituta
consensu, & licentia Episcopi, est nulla,
dum subrogatio unius rei loco alterius
pro patrimonio sacro assignatæ, fieri non
potest absque licentia Episcopi, ea ratio-
ne, quia ad ipsum spectat recognoscere,
an nova bona subrogata sufficiant pro
congrua, ac decenti Clerici sustentatio-
ne. Pignatell consult. 168. num. 4. tom. 9.
Monacell. formul. legal. tom. 12. tit. 13.
formul. 3. nu. 18. pag. 72. Panimol. decis. 6.
annot. 3. nu. 6. S. Congr. Concilii in Senogal-
lien. 20. Junii 1705.

Et ita resolutum fuit ab eadem S. Con-
gregatione Concilii in Fanen. patrimonii
sacri, & Missarum 21. Augusti 1717. ad
primum.

ARGUMENTUM.

An, & quando quis dicatur subditus Ordinarii ratione originis paternæ ad effectum, ut ab eo validè ordinari possit.

SUMMARIUM.

- 1 Quando quis dicatur subditus Episcopi ratione originis paternæ? Vide ibi.
- 2 Natus ex accidenti in aliquo loco non dicatur subditus Episcopi illius loci ratione originis, sed tunc attenditur origo Patris.
- 3 Quando quis non dicatur subditus Episcopi ratione domicilii? Vide ibi.

C A S U S III.

Benedictus Mannellus cupiens prima Clericali tonsura initiari, aliosque successivè ordines ab Episcopo Vici Equensi, tanquam à suo Ordinario suscipere, petiit ab Eminentissimo Archiepiscopo Neapolitano Literas testimoniales, ex quo longo temporis spatio moratus fuerat in dicta Civitate, & Eminentissimus Archiepiscopus eas denegavit sub Pars VI.

obtentu, quod ordinatio Benedicti ad se, & non ad Episcopum Vici Equensem pertineret: Quæsitum proinde fuit in Sacra Congregatione *Ad quem spectet Ordinatio Oratoris.*

Spectare ad Ordinarium Vici Equen. præviis Testimonialibus Eminentissimi Archiepiscopi Neapolitani rescribendum censebam; Quoniam cum Pater Oratoris Vici natus sit, Vici bona stabilia possideat, ibique solvat onera communiativa, & sit admissus tamquam civis ad Syndicī electionem, Orator ratione originis paternæ dicitur subditus Ordinarii Vici, adeoque ad hunc spectat illius ordinatio. Barbo. de offic. & potest. Episcopi par. 2. alleg. 4. n. 4., & fuit resolutum à Sacra Congregatione in Neapolitana, seu Anglōnen. ordinationis 29. Aprilis 1702., & in Romana, seu Sutrina ordinationis 17. Martii 1708.

Nec obstat, quod idem orator natus fuerit Neapoli, ibique Sacramentum confirmationis receperit, & in denuntiatione facta per Parochum circa ejus liberum statum tanquam Neapolitanus denuntiatus fuerit, & quod ejus Pater à quinque supra triginta annis se transstulerit ad Civitatem Neapolis, in qua moratus est, & moratur, exercendo artem argentariam, & gemmariam; Ex hoc enim deduci non potest, quod ipse sit subditus Eminentissimi Archiepiscopi ratione originis, vel ratione domicilii.

2 Non quidem ratione originis, quia natus est Neapoli ex accidenti, ratione scilicet Mercaturæ Patris, quæ nativitas accidentalis apta non est reddendi illum subditum ratione originis ad effectum suscipiendi ordines, sed attendenda venit in hoc casu Nativitas Patris juxta præscriptum hujus Canonis S. Cæterum, R.P.D. Petra ad Constit. Apostolic. unic. Urbani II. sec. 1. num. 69. tom. 1. pag. mibi 331.

3 Nec ratione domicilii, quia ejus Pater Neapoli non habuit Apothecam fixam, & stabilem, nec bona stabilia emit, semper habuit, & adhuc habet animum redeundi ad Civitatem, in qua natus est, sibi rediit ad illam, relinquendo in propria domo Uxorem, & liberos, & consequenter non contraxit ibi domicilium, juxta hunc Canonem S. Subditus, Barbo. de offic.

Yy

offic.

offic. & potest. Episcopi par. 2. dicta alleg. 4. num. 22. & seqq., Sed quia Orator per mansit in Civitate Neapolis, in aetate, in qua potuerat contrahere Canonicum impedimentum, ideo requiruntur Literæ testimoniales Eminentissimi Archiepiscopi, ut disponitur ab eodem Canone S. Cæterum.

Et ita resolutum fuit ab eadem S. Congregatione in Neapolitana, seu Vici Eque^{rum} ordinationis 12. Martii 1718.

ARGUMENTUM.

Si quis prætendat suscepisse ordines Sacros per vim, & metum, ut collatio ordinum ex hoc capite dicatur nulla, quid requiritur?

S U M M A R I U M.

- 1 Collatio ordinum, ut dicatur nulla, tam quoad impressionem Characteris, quam, quoad votum continentia, quid requiriatur? Vide ibi.
- 2 Quando constare non dicatur de coactione absoluta, nec de coactione causativa?
- 3 Ordinatus per vim, & metum quando censetur ratificasse ordinem suscepsum. Vide ibi.
- 4 Ordinatus ad Subdiaconatum si in actu ejus collationis tangat Calicem, & Paternam, non autem librum Epistolarum ex inadvertentia, an ista omissio suppleri possit per Episcopum, etiam privatim.

C A S U S IV.

Joseph Sarco prætendens S. Subdiaconatum ordinem per vim, & metum illatum à Sebastiano Patre nulliter suscepisse in mense Septembris anni 1709. curavit post obitum Patris sequutum die 30. Octobris sequentis ex delegatione Sacrae Congregationis Concilii in Curia Archiepiscopali Hispana examinari formiter sex Testes, quorum tamen primus, secundus, & quintus deponunt tantum de auditu, tertius, & quartus, enixa voluntatem Patris, ut Filius Subdiaconatu insigneretur, testantur, sextus Testis Oratoris Confessarius deponit se inter-

posuisse, nè Sebastianus cogeret filium invitum ad susceptionem SS. Ordinum, & concludit \Rightarrow Non lo potè persuadere per il crudele naturale di detto Sebastiano; Econtra verò Promotor Fiscalis in actis protestatus fuit oratorem quamvis Laurea Doctorali insignitum suscepisse ordinem nulla præmissa protestatione, & post obitum Patris non reclamasse, nisi post triennium. Ulterius idem Promotor novem testes contra oratorem induxit, inter quos reconsentur, Mater, Soror, & Avunculus oratoris, qui deponunt, Sebastianum Patrem fuisse virum optimis moribus imbutum, & negant suppositum metum, & minas. Sextus Testis Fiscalis deponit ab Josepho oratore fuisse requisitum post obitum Patris, ut ipsi procuraret Coadjutoriam cuiusdam Dignitatis; neque videtur se retractasse in secundo examine, dum Testis confirmata prima depositione addidit à Josepho se acibus verbis reprehensum, cum illi proposuisset permutationem Beneficii, quod est quid diversum, & ultra contenta in prima depositione; Nonus Testis, qui in primo Examine depositus habuisset à Josepho in mandatis post obitum Patris, ut illi procuraret aliquod Beneficium, in secundo examine confirmavit, saltem post obitum Patris; oratorem ipsi per Epistolam gratias egisse de adhibitis diligentias, transmittendo etiam munera, & pecunias. Quare disputatum fuit An constet de nullitate collationis ordinis in casu &c.

Cui respondendum negativè sentiebam; Etenim non constat nec de coactione absoluta, nec de coactione conditionali, seu causativa Josephi Sarco in suscipiendo ordinem Subdiaconatus, prout requiritur ad hoc, ut hujus collatio dicatur nulla, tam quoad Impressionem characteris, quam quoad Votum continentia juxta Hofstien. in Summ. de Baptism. num. 11. Fagnan. in cap. majores de Baptism. num. 21. & n. 101. & seqq. ibique Barbos. n. 18. Sanchez. de matrim. lib. 7. disp. 29. num. 5. & seqq. Rot. dec. 225. coram Emerico.

2 Quod non constet de coactione absoluta, quæ impedit impressionem characteris, satis patet, dum nullum super ea, affertur documentum. Quod verò nec etiam constet de coactione causativa, quæ

quæ impedit votum, seu obligationem continentiaz, licet non impedit impressionem characteris, satis detegitur ex attestacionibus, & documentis allatis pro parte ipsius Josephi. Ex ipsis enim non probatur coactio causativa illata eidem Josepho ab ejus Patre directe ad hunc effectum, ut ipse susciperet ordinem Subdiaconatus; nam primus, secundus, & quintus Testis deponunt, super hujusmodi coactione, seu super vi, & metu tantum de auditu, adeoque eamdem coactionem non probant, ad *Text. in cap. licet de Testibus Rot. in Tuden. Parochialis de Revertente 17. Junii 1712. §. Secunda, coram R.P.D. Falconerio. Tertius, & quartus* solùm enixam testantur voluntatem Patris, ut Filius Subdiaconatu insigniretur; ac proinde nihil probant, fieri namque potuit, quod Pater habuisset hanc enixam voluntatem, & tamen, quod non induxisset ejus filium per vim, & metu cadentem in costantem virum ad suscipiendum Subdiaconatum. Sextus denique Testis, qui deponit se interposuisse nè Sebastianus cogeret Filium invitum ad susceptionem SS. Ordinum, & concludit: *Non lo potè persuadere per il crudele naturale di detto Don Sebastiano*, eamdem coactionem non probat, quia cum hujus Testis depositio conquassata remaneat à tot contrariis Testibus, nimirum à Matre, Sorore, & Avunculo Josephi deponentibus Sebastianum Patrem fuisse virum optimis moribus imbutum, & nullatenus coegisse Filium ad suscipiendum predictum ordinem, nullum probationis gradum de jure constituere potest *Rot. in dicta Tuden. Parochialis de Revertente 17. Junii 1712. §. Concomitans, coram R.P.D. Falconerio.* Et eorum attestacionibus potius est deferendum, cum sint consanguinei, & intrinseci ejusdem Sebastiani, qui proinde scire magis presumuntur hujus naturam, quam dictus sextus Testis extraneus.

3 Sed etiam si omissitur constare de hujusmodi coactione, tamen quia praefatus Joseph suscepit ordinem, nulla praemissa protestatione, & post obitum Patris non reclamavit, nisi post Triennium; immò procuravit post obitum Patris Coadjutoriam cuiusdam Dignitatis, aut aliud beneficium, & gratias egit ei, medianum.

Pars VI.

te quo illud procuravit, transmittendo etiam munera, & pecunias, ut deponunt sextus, & nonus Testis Fiscalis; sequitur ipsum ratificasse ordinem suscepsum, & consequenter teneri observare votum continentiaz, dum metus, & violentia purgantur per liberum consensum supervenientem. *Fagnan. in dicto cap. majores de Baptismo num. 114. ibid. Bustr. n. 8.*

Et ita resolutum fuit à S. Congregatione Concilii in Hispanen. Nullitatis Ordinis 2. Maii 1716.

4 Quero hīc si Ordinatus ad Subdiaconatum, in actu ejus collationis tangat calicem, & patenam, non autem Librum Epistolarum ex inadvertentia, an ista omissione suppleri possit per Episcopum etiam privatum?

Respondeo *Affirmative*, uti resolutum fuit à S. Congregatione Concilii in *Ordinis Capuccinorum, seu Senogallion. ordinationis 10. Januar. 1711.* ubi cum quidam Religiosus ordinis Cappuccinorum accesserit cum dimissorialibus sui Superioris ad Episcopum Senogallien. pro suscipiendo Sacro Subdiaconatus ordine, in actu ejus collationis tetigit quidem Calicem, & patenam, non autem librum Epistolarum ex inadvertentia *Assistantis*; Unde licet Orator ex cōmuniōri Doctorum opinione non dubitaverit de validitate ejus ordinatione, sed tantum crediderit ei deficere potestatem legendi Epistolas, nihilominus urgente etiam opinione nonnullorum Doctorum sentientium in oppositum, supplicavit pro opportuna declaratione; proposito proinde dubio: *An, & quomodo Oratoris precibus sit annullendum in casu &c. fuit rescriptum Esse supplendum per Episcopum, etiam privatum.*

ARGUMENTUM.

Baptizatus ab heretico, & natus à Parentibus hereticis an sit irregularis, adeout indigat dispensatione ad effectum, ut promoveri possit ad Ordines.

S U M M A R I U M.

1 Recipiens Baptismum ab heretico ante usum rationis, non efficitur irregularis.

Y y 2 2 Hæ.

2. *Hæreticus, hæresi etiam abjurata remanet irregularis; secus filius hæretici; Limita, ut ibi.*
3. *Recipiens Ordines ab alieno Episcopo absque Dimissorialibus proprii Ordinarii, remanet suspensus à susceptorum ordinum executione.*
4. *Hæc suspensionis pœna, an, & quando sit de medio tollenda? Vide ibi.*
5. *Ad licitam ordinationem requiruntur Testimoniales Ordinariorum eorum Locorum, in quibus ordinandus moram traxit.*

C A S U S V.

Gullielmus Melfort, qui obtinet Archipresbyteratum in Collegiata Ecclesia Sancti Eustachii, debet ex causa dicti beneficii ad Sacros Ordines ascendere, sed nonnullis indiget dispensationibus, ut ex sequenti facti serie desumitur.

Gullielmus origine Scotus Landini natus est anno 1686. ex Genitoribus conspicuæ, & nobilissimæ Familiaæ, sed hæresi labi infectis, qui tamen hæresim abjurarunt, & Catholicam Religionem subinde amplexi sunt, dum ipse erat in ætate annorum duorum, & postquam ab Administratore Ecclesiæ Anglicanæ Baptismum receperat.

Tempore, quo gloriæ memoriam Jacobus Secundus Angliae Rex è Regno fuit expulsus, ipse cum suis Genitoribus Gallias, & deinde Flandriam petiit, & in Universitate Duacensi suorum studiorum cursum complevit, & ab Episcopo Atrebateni Confirmationis Sacramentum suscepit, & post hæc, cum Gallias reversus fuisset, fuit ab Episcopo Niverniensi ad primam Tonsuram, & ad quatuor Ordines Minores promotus absque dimissorialibus sui Ordinarii; Duobus ab hinc annis Romanam venit, & à Sanctissimo Domino Nostro dictum Archipresbyteratum S. Eustachii obtinuit; In hoc rerum statu disputata fuerunt in Sac. Congr. Concilii sequentia dubia.

Primo = *An Orator sit irregularis, ex quo Baptismum ab Hæretico recepit* =

Secundo = *An irregularis sit, ex quo natus est à Parentibus Hæreticis; & quatenus affirmativè.*

Tertio = *An ei sit indulgenda dispensatio* =

Quarto = *An remanserit suspensus à susceptorum Ordinum executione, ex quo eoscepit sine dimissorialibus proprii Episcopi? Et quatenus affirmativè.*

Quinto = *An hæc suspensionis pœna de medio tollenda sit per Apostolicam dispensationem, non obstante, quod sui Ordinarii consensus deficiat.*

Sexto = *An probatio de vita, & moribus, nec non Baptismi, & Confirmationis fieri possit per testes, deficientibus literis testimonialibus Ordinariorum juxta præscripta in Bulla Speculatorum.*

1. Super quibus meum aperiendo sensum Ad primum *negativè* respondendum credebam; Quia Orator recepit Baptismum ab Hæretico ante usum rationis, & dum erat in ætate infantili, nimurum duorum annorum, qua ætate quis per susceptionem Baptismi ab Hæretico non efficitur irregularis juxta Textum in Can. Placuit, & in Can. Qui apud Donatistas 1. quest. 4. Gloss. in Can. Qui in qualibet 1. qu. 7. verb. Baptizati, Suarez de Censur. disput. 42. seq. 1. nu. 11.

2. Ad secundum pariter *negativè*: Licet enim Hæreticus, hæresi etiam abjurata, remaneat irregularis. Can Presbyter de pœnit. diff. 5., tamen Hæretici filius non est irregularis, si Parentes Catholicam Fidem amplexi sint, Suarez ubi supra disput. 43. seq. 3. Albit. de Inconstan. in fide cap. 24. nu. 75. & seq. Et consequenter ad tertium est satis provisum.

3. Ad quartum *affirmativè*; Ita enim disponitur à Concilio Tridentino in cap. 8. Jeff. 23. de reform. à Bullis Pii II. la 7. Clementis VIII. la 40. & Urbani VIII. la 33. & ab hoc Canone in §. Porro, Nec Oratori suffragari potest ratio domicilii in Galliis contracti, quia non constat de requisitis hujusmodi domicilii ad formam hujus Canonis.

4. Ad quintum *affirmativè*, stante Oratoris bona fide, & non constat cum suscepisse primam Tonsuram, & Ordines Minores ab Episcopo Niverniensi, absque literis dimissorialibus sui Ordinarii dolosè, & in spretum, quo casu dignus videtur Apostolica dispensatione.

5. Denique ad sextum dicebam admitti posse probationem Baptismi per testes, & jura-

juramentum Oratoris; in reliquis verò exquiri debere testimoniales Ordinariorum eorum Locorum, in quibus moram traxit; quia cùm ibi canonico aliquo impedimento irretiri potuerit, proinde necessariæ videntur testimoniales Ordinariorum, prout ab hoc Canone præscribitur.

Et ita resolutum fuit ab eadem S. Congregatione in Romana 21. Maii 1718.

ARGUMENTUM.

Neophitus promotus ab Episcopo ad sacros Ordines, & provisus de Beneficio Ecclesiastico Jurispatronatus an, & quando non indigeat absolutione cum rehabilitatione ad Ordines, nec nova provisone Beneficiorum.

SUMMARIUM.

- 1 Neophiti, an, & quando sunt irregulares.
- 2 Promotus ad Sacerdotium capax est consequendi beneficia absque ulla dispensatione.
- 3 Filii Hæreticorum sunt incapaces Beneficiorum Ecclesiasticorum; secus nati à Parentibus Turcis.
- 4 Promovendi ad Episcopatum debent esse nati à Parentibus Catholicis secus promovendi ad alia Beneficia inferiora.

C A S U S VI.

Ioannes Baptista Simon Vivier natus à Patre, & Matre Turcis, Sacramentum Baptismi recepit in infantili ætate, & omnibus sacris Ordinibus, non excluso Presbyteratu, fuit initiatus ab Episcopo Melevitano, qui suæ originis perfectam notitiam dicitur habuisse. Assumptus etiam fuit ad officium Substituti Cancelariae Curiæ Episcopalis, & ab Ordinario fuit provisus de Beneficio Ecclesiastico jurispatronatus Laicorum; Cumque Sedes Apostolica alterum eidem Beneficium contulerit; Quæsum fuit à S. Congregatione Concilii.

Primo = An Orator indigeat absolutione cum rehabilitatione ad Ordines.

Secundo = An indigeat nova provisone Beneficiorum = & quatenus affirmativè.

Tertio = An eidem indulgenda sit absolutione cum rehabilitatione ad Ordines, & cum nova Beneficiorum provisone =

Quæ omnia prout infrà resolvenda dicebam; Ad primum nimurum negativè. Tum quia Orator fuit promotus ad Ordines ab Episcopo Melevitano cum facultate sibi tributa eum ordinandi in quadam Epistola S. Officii ipsi scripta de anno 1696. Tum etiam quia licet Neophiti sint irregulares juxta Canones à Gratiano relatos *disp. 48. hoc tamen procedit in his, qui fuerunt baptizati in adulta ætate, & qui de recenti conversi sunt, juxta Suarez de censur disp. 43. sect. 3. conclus. 2. n. 5.* non verò applicatur illis, qui in infantili ætate constituti Baptismum receperunt; sicuti nec procedit, quo ad eos, qui licet Baptismum in adulta ætate receperint, post aliquod nihilominus temporis intervallum, & experimentum, idonei ab Ordinario reputantur pro sacrorum Ordinum receptione, juxta Gibalin. de Irregul. cap. 3. proposit. 3. Diana in editione coordinata tom. 5. tract. 5. resol. 47. Suarez ubi supra nu. 6. & seq. Sanchez in præcept. De cal. lib. 2. cap. 28. num. 11. Bonacini. oper. moral. tom. 1. de Irregul. quæst. 2. punct. 1. propos. 3. num. 5. Corrad. in præcept. dispens. lib. 3. cap. 7. num. 2. & seq. Ricciul. in tract. de Neophit. cap. 3. sub nu. 4. S. Pugnantes. Et optimè ponderavit R. P. D. meus Lambertinus in *Folio impresso*, & ab ipso eruditè extenso.

2 Ad secundum pariter negativè; Orator namque jam est promotus ad Sacerdotium, ac proinde capax est consequendi beneficia absque ulla dispensatione. Ricciul. de Neophit. cap. 4.

3 Non obstat Textus in cap. *Quicumque* §. *Hæretici de hæret.* in 6.; nec *Constitutio* 6. *Gregorii XIV.* §. 9. De qua supra Can. XXI.; quia Textus loquitur de Filiis hæreticorum, & dicit eos esse incapaces Beneficiorum Ecclesiasticorum, non verò de nato à Parentibus Turcis, & *Constitutio* loquitur de promovendis ad Episcopatum, qui debent esse nati à Parentibus Catholicis; non verò de promovendis ad alia beneficia inferiora. Ex quibus sequitur ad tertium esse satis provisum.

Et ita resolutum fuit ab eadem *Sacra* Con-

Congregatione in Melavitana 13. Augusti
1718.

ARGUMENTUM.

Episcopus an, & quando teneatur conferre Clericatum nominato ad Beneficium Ecclesiasticum; & an quis promoveri possit ad titulum Cappellaniæ, seu Beneficii amovibilis.

SUMMARIUM.

- 1 *Reposita est in libertate Episcopi propriis subditis Ordines concedere, vel denegare.*
Intellige ut nu. 5.
- 2 *Renitenia Episcopi in concessione Ordinum est laudabilis.*
- 3 *Episcopus ex justa causa denegare potest Ordines etiam arctatis.*
- 4 *Laborans morbo epileptico est incapax se promovendi ad Sacerdotium.* Intellige ut nu. 7.
- 5 *Vocatus à Fundatore ad Beneficium, vel nominatus à Patrono, dicitur quodammodo arctatus primam Tonsuram suscipere.*
- 6 *Non potest quis promoveri ad titulum Cappellaniæ, seu Beneficii amovibilis.* Limita ut nu. 10.
- 7 *Nec ad titulum Cappellaniæ merè Laicus.*

CASUS VII.

Quidam Fundator auctoritate Ordinarii fundavit, & erexit beneficium habitu Sacerdotale, cum reservatione juris patronatus tam activi, quam passivi favore suæ familiæ; vacato beneficio per obitum ultimi Rectoris, Patronus nominavit ad illud Titum ejus Filium de Familia à Fundatore prædilecta, qui cùm esset Laicus preces porrexit Episcopo, ut ipsum Clericali Tonsura initaret; Episcopus autem sub prætextu, quod esset Filius unicus, & inhabilis ad Sacerdotium, eo, quod olim passus fuit deliquium, quod dubitabatur processisse ex accidenti epileptico, denegavit eidem hujusmodi Clericatum; queritur proinde in hoc casu an Episcopus teneatur ei conferre Clericatum?

- 1 *Respondendum videtur negativè; Quoniam reposita est in libero Episcoporum arbitrio, propriis subditis Ordines concedere, vel denegare, non solum de jure antiquo ad Text. in cap. Ad aures de temp. ordin., verum etiam ex jure novissimo sacri Concilii Tridentini cap. 2. sess. 21. de reform. ibi = Nisi illi, quos Episcopi judicaverint assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum = & valde laudabile est in Episcopo, quod ipse sit potius renitens, quam facilis in concessione ordinum sanctius est paucos bonos, quam multos malos habere Ministros, ut monuit Clemens in Can. Tales dif. 23. ibi = Tales ad ministerium elegantur Clerici, qui dignè possint Dominica Sacra menta tractare; Melius est enim Domini Sacerdoti paucos habere Ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave Ordinatori adducant =*
- 2 *Non obstat, quod Titius ut potè vocatus ab ipsomet Fundatore ad hujusmodi beneficium sit arctatus; siquidem Episcopus ex justa causa denegare potest Ordines etiam arctatis, ut probat R.P.D. meus Petra, in comment. ad Constat. Apostolic. tom. I. pag. mibi 326. num. 23. In præsentiarum duplex concurrere videtur causa, prima est, quod Titius sit Filius unicus, ex quo dubitari potest ipsum Clericalem militiam assumere velle, non ut fidelem cultum Deo præstare possit, sed ad effectum fugiendi sacerdale judicium, Fagnan. in cap. Cùm sit ars de stat. & qualit. n. 14.*
- 3 *Altera, quia dubitatur eumdem esse subiectum accidenti epileptico; & consequenter est incapax se promovendi ad Sacerdotium, infra annum, prout dictum beneficium requirit, ad Text. in Can. 3. dif. 33.*
- 4 *His tamen minimè attentis censeo in hoc casu, Episcopum teneri promovere Titum ad primam tonsuram; Distinguendum est enim quoad Promovendos ad Ordines, inter arctatos, & non arctatos, certum est Episcopum habere liberam facultatem concedendi, vel denegandi Ordines eis, qui non sunt arctati juxta auctoritates superiùs relatas, tenetur tamen promovere ad Ordines eos, qui sunt arctati, vel ratione Ordinis, nimurum ex eo, quia habeat e. g. Subdiaconatum, iste enim non tenetur stare in tam stricto statu*

tu sinè assecutione Presbyteratus, vel ratione beneficii possessi, quod habeat annexos Ordines sacros, vel ratione beneficii sibi debiti ex lege fundationis, nisi ad sit justa, & legitima causa, quæ ipsum retrahat à concessione Ordinum. *Pignatell. consult. 19. nu. 4. tom. 7. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 2. alleg. 4. n. 66. R.P.D. Petra in comment. ad Constit. Apost. tom. I. pag. 325. n. 18. Rot. decis. 186. nu. 3. cor. Rembold.*

6 In casu præsenti Titius est quodammodo similitudinarie arctatus suscipere primam tonsuram, dum cum ei debeatur hujusmodi beneficium, utpote ad ipsum vocato à Fundatore, & nominato à Patrono, si ei denegaretur Clericalis tonsura, amitteret beneficium de suo jurepatronatus passivo, & admitteretur extraneus ad exclusionem ejus de sanguine, & familia contemplata, quod fieri non debet in grave illius præjudicium, absque justa, & rationabili causa. *Card. de Luc. de benef. disc. 72. n. 7. & in Miscell. disc. 25. n. 10. R.P.D. Petra ubi supra nu. 29.*

Nec pro causa allegari valet, quod ipse sit filius unicus, quasi quod vellet Ecclesiasticæ militiæ adscribi in fraudem, nimiri ad evitandam subjectionem Judici seculari, quia cum ipse petat Clericali charactere insigniri ob assequendum beneficium habitu Sacerdotale, ex hoc præsumitur, primam tonsuram suscipere velle non in fraudem, sed potius ut laudabile servitium in statu Sacerdotali Deo

7 præstare possit. Minusque est allegabilis altera causa, quia cum facto experimen-
to intrà terminum unius anni, & ultra, nulla morbi epileptici signa dederit, non est proinde arcendus à sacris Ordinibus ex eo, quia olim passus fuerit deliquium, ut in similibus terminis resolutum fuit à S. Congregatione Concilii in Tudertina Ordinationis 19. Julii 1704.

8 Quærò an quis promoveri possit ad titulum Cappellaniæ, sive Beneficii amovibilis?

9 Respondeo negativè, quia titulus, ad quem quis promoveri cupit, debet esse perpetuus juxta Tridentinum cap. 2. *Jeff. 21. de reform.*, & docent expressè *Garz. de benef. p. 1. cap. 2. nu. 83. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 2. nu. 1.* & fuit resolutum à Sac. Congregatione Concilii in

9 *Tiburtina Cappellaniæ 14. Junii 1710.*; sicuti non potest quis ordinari ad titulum Cappellaniæ merè laicalis. *Antonell. ubi supra num. 2. Pafferin. in cap. Cùm nullus art. 3. num. 66.* Verùm si Patroni se obligarent non removere præsentatum, dictamque Cappellaniam perpetuare ejus vita durante prævio Beneplacito Apostolico, posset quis ad titulum illius ordinari, obtento priùs dicto Beneplacito, quod solet concedi, prout concessum fuit ab eadem Sac. Congregatione in *Civitatis Castelli 18. Martii 1719.*, ubi cùm quidam Clericus promoveri cupiens ad sacros Ordines nominari obtinuerit à Patronis ad Cappellaniam amovibilem, sub eorum obligatione illum non amovendi, dictamque Cappellaniam perpetuandi, ejus vita durante, prævio Beneplacito Apostolico; fuit pro eo supplicatum, & consecutivè rescriptum = *Pro gratia at- tento consensu Patronorum, ita tamen ut si Orator aliunde provideatur sufficienter, Cappellania reassumat naturam amovibili- tatis* =

ARGUMENTUM.

An Regularibus cunctis indistinctè faveat Privilegium aliquod, ut promoveri possint ad Sacros Ordines extra Tempora à jure statuta, diebus Festivis.

SUMMARIUM.

- 1 *Sacri Ordines conferendi sunt in sex Sab. batibus anni & num. 3. Et quare vide num. 4.*
- 2 *Ordinatus extra Tempora absque dispen- satione, est ab executione Ordinum ipso jure suspensus.*
- 3 *Nullus sive Secularis, sive Regularis or- dinari potest extra Tempora, nisi habeat Privilegium Apostolicum.*
- 4 *Privilegia, quæ in contrarium afferuntur, vel non loquuntur de facultate promo- vendi extra Tempora, vel sunt abrogata, vel sunt insufficientia indistinctè pro cun- cttis Regularibus; Et quæ sunt bujusmodi Privilegia? vide nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 22. & 23.*
- 15 *Concilium Tridentinum, ut dicatur revo- care Privilegia merè gratuita, & non con-*

- concessa titulo oneroso sufficit, quod statuat aliquid, cui illa repugnat; Et quare: vide num. 16.
- 17 Concilium Tridentinum derogavit Privilegiis Regularis ante ipsum concessum promovendi extra Tempora.
- 18 Constitutio Pii V. la 41. fuit revocata, & reducta ad terminos Juris communis, & S. Concilii Tridentini à Gregorio XIII.
- 19 Privilegium Pii IV. non fuit confirmatum post Concilium à Successoribus Pontificibus, quo ad facultatem promovendi extra Tempora.
- 20 Confirmatio restringitur ad limites confirmati.
- 21 Papa nunquam censetur restituere velle Privilegium abrogatum, nisi id exprimat.
- 24 Non valet consuetudo, quod extra statuta Tempora sacri Ordines conferantur.

C A S U S V I I I .

Dum studebam apud R. P. D. Ansidiandum tunc Sacrae Congregationis Concilii Secretarium; quidam Religiosus strictioris observantiae Reformatæ Provinciæ Calabriæ in quadam Scriptura, sub hoc titulo = *Dissertatio totius juris pro ordinatione extra Tempora* = impresa, quæ præ manibus circumferebatur; decidendum proposuit solitum, ac alias in Sacra Congregatione propositum dubium = *An Regularibus cunctis indistincte faveat privilegium aliquod, ut promoveri possint ad sacros Ordines extra Tempora à jure statuta, diebus festi*vis = Quod affirmativè resolvendum contendebat; Ego vero, eadem dissertatione perlecta; veritatis amore ductus, sequentia scripsi; & præfato dubio negativè respondendum censem, non obstantibus in contrarium in ea deductis.

- 1 Disponitur enim à SS. Canonibus, quod in sex Sabbathis anni, & non aliis diebus sacri conferantur Ordines; nimur in Sabbathis quatuor Temporum, quæ sunt post tertiam Dominicam Adventus, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Dominicam Pentecostes, post Festum Exaltationis S. Crucis, & in Sabbathis Passionis, & Resurrectionis, juxta Textum in cap. *Ordinationes dist. 75.* ibi = *Ordinationes Presbyterorum, & Diaconorum, nisi*

certis temporibus, & diebus exerceri non debent, id est quarti mensis jejuno, septimi, & decimi, sed & etiam quadragesimalis initii, ac mediana hebdomadæ, & Sabbathi jejuno, circa vesperam noverint celebrandas = & in cap. *De eo de tempor. Ordin.* ibi = *De eo &c.* Sed ad Subdiaconatum nisi in quatuor temporibus, aut Sabbatho Sancto, vel in Sabbatho ante Dominicam de Passione, nulli Episcoporum præterquam Romano Pontifici licet aliquos Ordinare = ibique Abb. Anan. Butr. num. 1. Bellem, Fagnan. nu. 1. Barbos. nu. 7.

- 2 Quorum Canonum observantia adeò intenta, & volita fuit à Pio II., ut contravenientibus imposuerit poenam suspensionis ipso jure incurrendam; statuendo, quod si quis extra hæc Tempora absque legitima dispensatione se ad sacros Ordines promoveri facit, sit ab eorumdem Ordinum executione ipso jure suspensus; ut in ejus *Constit. la VII.* incipien. Cùm ex sacrorum Ordinum §. 2. de qua *Bullar. Roman. tom. 1. pag. mibi 389.*

- 3 Idem statuitur à S. Concilio Tridentino cap. 8. seqq. 23. de *Reformat.* ubi Concilium mandat ordinationes sacrorum Ordinum fieri statutis à jure temporibus ibi = *Ordinationes sacrorum Ordinum statutis à jure temporibus, ac in Ecclesia Cathedrali &c. publicè celebrentur* =

- 4 Et quidem non absque maxima ratione sacri Canones determinarunt ordinationem sacrorum Ordinum fieri his diebus; quia cùm isti dies sint dies jejuniorum, quibus Christifideles, pii, & sanctis precationibus sunt intenti; ac sint dies Sabbathi; quo Deus requievit ab opere, ad tanti Ministerii potestatem pro utilitate Ecclesie aptiores assumerentur; & Ordinandi ad sacros Ordines intelligerent se à seculi laboribus, ad requiem Domini transire. Fagnan. in dicto cap. de eo de temp. Ordin. n. 38. Rebuffi. in prax. benef. tit. de Cler. malè promov. gloss. 1. nu. 8. & 9. Barbos. de offic. & pacest. Episc. par. 1. alleg. 17. num. 1. & seq. & de jur. Eccles. lib. 1. cap. 33. nu. 172.

- 5 Stante igitur hujusmodi sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini dispositione, nullus sive Secularis, sive Regularis prætendere potest se promoveri facere, extra hæc tempora statuta, ad sacros Ordines, nisi sit sufficiens Privilegio Summi

- Summi Pontificis suffultus; cuius tantummodo est proprium dispensare, ut extra statuta tempora sacri Ordines conferantur ad Text. in cap. primo, & in cap. de eo de tempor. Ordin. Barbos. de jur. Eccles. lib. I. cap. 33. §. 2. nn. 178.
- 6 Consarcinabantur, & afferebantur in contraria dissertatione §. Constat quamplurima Privilegia Summorum Pontificum, quibus prætenditur Regulares cunctos indistinctè promoveri posse ad sacros Ordines extra tempora à Jure statuta diebus festivis; At eis perfectis, & attentè scrutatis inveniuntur ipsa, vel non loqui de facultate promovendi extra tempora; vel esse abrogata; vel denique esse insufficientia indistinctè pro cunctis Regularibus.
- 7 Siquidem Honorius III. anno 1216 in ejus Constitutione la 235., de qua Bullar. Cassinen. tom. 2. pag. mibi 245. in §. 10. non concedit Regularibus facultatem, ut ordinari valeant extra tempora, sed solum elargitur Patribus Cassinensis Privilegium recipiendi Ordines à quocumque Episcopo sibi beneviso, ut patet ex dicto §. 10. ibi = *Chrisma verò, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Monachorum, seu Clericorum à quocumque malueritis Catholico accipiatis Episcopo* = Nec in alia ejusdem Pontificis constitutione la 236. §. 3. eod. Bullar. Cassinen. tom. 2. anno 1217. conceditur Abbatii Monasterii Sublacensis. D. Benedicti, ejusque Monachis Privilegium, ut promoveri possint extra Tempora; sed solum idem Privilegium se promoveri faciendi à quocumque Episcopo Catholico; ut ex dicto §. 3. ibi = *Ad hæc propter frequentes injurias, quæ ab Episcopis, vel Episcoporum Monasteriis ingeruntur, datam vestro Cœnobio à nostris Prædecessoribus facultatem, vobis quoque ratam manere decernimus, ut ad Ecclesiæ, cum expediens, dedicandas, aut Clericos in Monasterio Ordinandas à nobis Episcopum postuletis: Quod si ad nos pervenire in tempore nequeritis, quem malueritis Catholicon Episcopum audeatis* =
- 8 Innocentius III. anno 1203. in ejus Constitutione 22. de qua Bullar. Cassinen. tom. 1. pag. mibi 25. non concedit Abbatii, & Monachis S. Pauli Urbis Privilegium, ut promoveri queant extra tempora.
- Pars VI.
- pora, sed solum Privilegium, ut se promoveri faciant à quocumque Antistite, ut in §. 8. ibi = *Consecrationes autem Altarium, & ordinationes Monachorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi à quocumque maluerint Abbas, & Monachi ejusdem Cœnobii Catholico dumtaxat Episcopo Apostolica freti autoritate suscipiant.*
- 9 Gregorius IX. anno 1236. in ejus Constitut. 30. de qua Bullar. Cassinen. tom. 1. pag. mibi 35. in §. 8. idem Privilegium. Innocentii III. se promoveri faciendi à quocumque Episcopo Catholico favore Abbatis, & Monachorum S. Pauli Urbis confirmat, non verò concedit eis facultatem, ut se promoveri possint extra tempora ibi = *Consecrationes autem Altarium, & Ordinationes Monachorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi à quocumque maluerint Abbas, & Monachi ejusdem Cœnobii Catholico dumtaxat Episcopo, Apostolica freti Autoritate suscipiant* =
- 10 Dicitur in contraria dissertatione eodem §. constat facultatem promovendi ad sacros Ordines extra tempora, quæ prætenditur concessa Patribus Benedictinis, per Honorium III., Innocentium III., & Gregorium IX. ubi supra fuisse confirmata, communicatam, & ampliatam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica Potestatis plenitudine à Clemente VIII. anno 1601. in ejus. Constitut. 378., quæ incipit *In supremo, de qua Bullar. Cassinen. tom. 1. pag. mibi 416.* Sed quā sit hoc à veritate alienum, sufficit perlegere hanc constitutionem, & clare ex ea videbitur Clementem VIII. ibi non confirmasse, nec communicasse, nec ampliasse Privilegium Ordinationis extra tempora; sed solum communicasse Privilegia Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium Ordini S. Hieronymi sub Regula S. Augustini Regnum Hispaniarum cum clausula, Quæ tenus sint in usu, & Decretis S. Concilii Tridentini non adversentur ibi = *Omnia, & singula Privilegia &c. eidem Ordini S. Hieronymi, ac omnibus, & singulis ejus Monasteriis &c. motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine &c. etiam per modum communicationis, seu extensio- nis inter se, accum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus &c. qua- tenus sint in usu, & Decretis S. Concilii*

Tridentini non aduersentur Auctoritate Apostolica &c. approbamus, & confirmamus = Et infrà ibi = Et ulterius omnia, & singula alia, quibusvis alis tam Virorum, quam Mulierum Ordinibus &c. in quibuscumque Mundi partibus conscientibus &c. in genere, vel in specie concessa, approbata, & confirmata Privilegia &c. similiter quatenus sint in usu, ac Decretis ejusdem Concilii, & Regularibus institutis ipsius Ordinis S. Hieronymi contraria non existant &c. ad prædictum Ordinem S. Hieronymi &c. extendimus, & ampliamus, illaque eis communicamus = Ac proinde potius ex hac Constitutione Clementis VIII. desumitur; quod Privilegium promovendi ad sacros Ordines extra tempora; quatenus fuisse concessum Ordini Benedictino per supradictos tres Pontifices ubi supra, cum aduersetur Decreto S. Concilii Tridentini dista. *eff. 23. cap. 8.*, non sit ab eodem Pontifice confirmatum, nec cōmunicatum.

11. Pius II. in ann. 1462. ejus *Constit. IX.* incipien. Licet ex debito, de qua Bullar. Rom. tom. 1. pag. mibi 391. non cōcedit Regularibus S. Benedicti Monasterii Montis Oliveti Aretinæ Diœcesis Privilegiū, ut se promoveri possint extra tempora, sed solum, ut se promoveri valeant à quocumque Antistite Catholico, ut in §. 9. ibi = Nec non quocumque opus fuerit à quocumque Catholico Antistite Monachos, & Novitios dicti Ordinis ad hoc idoneos abque alio examine &c. ad omnes sacros Ordines promoveri facere, & conferendorum Ordinum hujusmodi, aut Altarium consecrandorum causa ipsos Antistites ad se in eorum Monasteriis advocare =

12. Afferitur etiam in eadem dissertatione dicto §. *Constat* Quod Facultas, seu Privilegium, ut Regulares promoveri possint ad sacros Ordines extra tempora sit extensum, & communicatum per Constitutionem Sixti IV. incipien. *Regimini* la 4. omnibus Regularibus. Sed quam sit hoc erroneum, & falsum advertere supplicamus Constitutionem IV. hujus Pontificis non incipere *Regimini*, sed incipere *Sancta Minorum Religio* nec ibi agi de communicatione similis Privilegii, sed solum ibi contineri approbationem, & explicationem Constitutionis Gregorii XI. de Auctoritate Cardinalis pro tempore Prosectoris Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci, ut videre est in Bullar. Rom.

pag. mibi 405. ; Constitutionem autem hujus Pontificis, quæ incipit *Regimini* esse la 6., & la 7. At in neutra ex illis fit communicatio similis Privilegii promovendi extra tempora omnibus Regularibus; sed solum ibi de anno 1474. fit communicatio Privilegiorum inter Ordines S. Dominici, & S. Francisci, ut legi potest in §. 16. *Constitutionis VI.* & in §. 14. *Constitutionis VII.*

Patet igitur Privilegia horum Pontificum non loqui de facultate promovendi ad sacros Ordines extra tempora; nec hanc Regularibus concedere; sed solum concedere facultatem, ut promoveri possint à quocumque Catholico Antistite, quæ est omnino diversa à facultate promovendi extra tempora; ac proinde vi-gore horum Privilegiorum non possunt Regulares indistinctè promoveri ad sacros Ordines extra tempora.

Afferuntur in præfata dissertatione dicto §. *Constat* alia Privilegia, quæ revera concedunt nonnullis Regularibus facultatem se promoveri faciendi extra tempora, & quorum vigore prætenditur ab Auctore præfata dissertationis possit Regulares cunctos, etiam nunc indistinctè promoveri ad sacros Ordines extra tempora. Afferitur nempe illud Pauli III., qui de anno 1534. in ejus *Constit. I.* incipien. *Rationi congruit*, de qua Bullar. Rom. tom. 1. pag. mibi 695. in §. 3. concessit Patribus Camaldulensibus facultatem, ut promoveri possint ad sacros Ordines extra tempora; Quod Privilegium Pauli III. fuit anno 1528. communicatum Ordini Cappucinorum à Clemente VII. in ejus *Constit. la 21. incipien. Religionis zelus*, de qua Bullar. Rom. tom. 1. pag. mibi 672. Et illud Pii IV. anno 1560. in ejus *Constit. 9. incipien. Circumspecta*, de qua Bullar. Rom. tom. 2. pag. mibi 9. ab eo concessum Militibus Conventus, & Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, ut promoveri possint à quocumque Antistite, & extra tempora. Quibus addi possunt alia duo Privilegia, quæ non nominantur in dicta dissertatione, nimurum illud Adriani VI. favore Ordinis S. Hieronymi, & illud Eugenii IV. favore Ordinis Benedictini, per quæ conceditur hujusmodi Religiosis similis facultas, ut promoveri valeant extra tempora, ut habeatur

tur in Compend. Privileg. verb. Mendic. Ordines §. 9. & §. 11. & referuntur à Chafsaing. Privilegia Regularium par. 2. tract. 7. cap. 2. propos. III.

14 Sed vigore horum Privilegiorum Regulares hodie nullatenus promoveri possunt ad sacros Ordines extra tempora; Quoniam fuerunt illa sublata, & revocata per Concilium Tridentinum dicto cap. 8. sess. 23. ut testanrur Lezana in Sum. quæst. Regul. cap. 14. tom. 1. nu. 19. ibi = Regulares non possunt modo post Concilium Tridentinum extra tempora ordinari; Ratio est, quia licet de hoc fuerint varia Privilegia Religionibus concessa &c. Concilium tamen Tridentinum sess. 23. cap. 8. id prohibet fieri = Et tom. 2. verb. Ordines sacri num. 19. ibi = Quod Regulares modo post Concilium Tridentinum ordinari non possint extra tempora = Ventrigl. in præx. tom. 1. annot. 44. §. Unic. num. 12. pag. mibi 278. ibi = In quibus terminis adverte quod possunt conferri bodie sacri Ordines vigore predicatorum Privilegiorum extra tempora, si Privilegia sint concessa, vel confirmata post Concilium Tridentinum, secus si ante Concilium, quia illa consentur derogata = Gonzal. in cap. De eo de tempor. Ordin. n. 7. prope fin. ibi = Sed bodie post Concilium Tridentinum sess. 23. de reform. cap. 8. sublata esse predicta Privilegia &c. Barbos. de jur. Eccles. par. 1. cap. 33. §. 2. nu. 182. ibi = Virtute tamen aliorum Privilegiorum à Summis Pontificibus ante Concil. Tridentin. concessorum non possunt Regulares tunc ab Episcopis ordinari Ordinibus sacris extra tempora = Matthæuc. offic. cur. Eccles. cap. 35. §. unic. num. 4. §. Aliis pluribus R. P. D. Petra in Comment. ad Constit. Apostolic. Urbani II. sect. 2. tom. 1. nu. 69. pag. 344.

Nec juvat respondere hujusmodi Privilegia non esse per Concilium Tridentinum dicto cap. 8. sublata; eo quia de illis ibi non facit expressam mentionem, sicut solet facere, quando Concilium vult Regularium Privilegiis derogare, ut pluribus exemplis à §. Verum usque ad §. In specie conatur ostendere Auctor præfata dissertationis.

15 Quoniam ut dicatur Concilium Tridentinum revocare Privilegia merè gratuita, & non concessa titulo oneroso, non requiritur, quod expressè de illis

Pars VI.

faciat mentionem, sed sufficit, quod statuat aliquid, cui illa repugnat; ut patet in cap. 11. sess. 7. de Reform. ubi Concilium licet non deroget expressè, & in specie Privilegiis, quæ antiquitùs habebant Regulares se promoveri faciendi à quocumque Episcopo etiam in suis domibus sine licentia Dicæsanorum, ut patet ex Privilegiis superiùs enumeratis, tamen illa dicuntur revocata per Concilium, & Regulares non possunt amplius illis uti. Lezana in Summ. cap. 14. nu. 11. tom. 1. Tambrin. de jur. Abbat. tom. 2. disp. 2. qu. 19. R. P. D. Petra in Comment. ad Constit. Apostolic. tom. 1. pag. mibi 644. & in Comment. ad Constit. Eugen. IV. nu. 3. & seq. tom. 4. pag. 514. Van Espen. Un. Jur. Eccles. p. 2. tit. 9. cap. 2.

16 Ratio est, quia dictum Conciliare decretum editum fuit per viam legis, unde opus non fuit derogare in specie Constitutionibus, & Privilegiis antecedentibus, sed ad hoc, ut revocata dicantur, sufficit, quod sint contraria eidem decreto, ut docent Card. Albit. discept. 2. qu. 9. n. 2. penè Card. de Luc. de juridic. ibi = De mente autem Pontificis constare dicitur quando edit Constitutionem posteriorem per viam legis, nam tunc non est opus derogare in specie Constitutionibus, & Privilegiis antecedentibus = Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 36. num. 32. Matthæuc. offic. cur. Eccles. cap. 35. num. 6. §. Dixit.

17 Imò reverà Concilium Tridentinum expressè illis derogavit; in cap. enim 22. sess. 25. de Regular. mandat omnia, & singula in superioribus decretis contenta observari in omnibus Monasteriis cuiuscumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium non obstantibus eorum omnium, & singulorum Privilegiis; per quam clausulam fuisse derogatum expressè dictis Privilegiis à Concilio tradit idem Matthæuc. ubi supra, Barbos. de Clauſulis, clauſul. 83. num. 1., Menoch. de Presumpt. presumpt. 40. num. 22. lib. 6.

Sed sumus extra difficultatem, dum etiam admissio, quod non fuerit expressè derogatum eisdem Privilegiis per Concilium Tridentinum, fuit tamen expressè eis derogatum per ipsummet Pontificem Pium IV. ann. 1564. ia ejus Constit. la 94. incipien. In Principis Apostolorum, de qua Bullar. Roman. tom. 2. §. 1. pag. mibi 135. Zz 2 ubi

ubi expressè revocat, & annullat omnia Privilégia contraria decretis Concilii Tridentini; & ad terminos hujus illa reducit.

Non obstat, quod insinuatur in dicta dissertatione §. Neque opus fuit, nimirum Pium V. in ejus Constitutione la 41. incipien. Et si Mendicantium declarasse decretum S. Concilii Tridentini in dicto cap. 8. 18 non habere locum in Regularibus, quoniam hujusmodi Constitutio non solum fuit revocata, & reducta ad terminos Juris communis, & Sacri Concilii Tridentini; sed etiam declaratio ibi facta, fuit ablatata, & abrogata per Gregorium XIII. in ejus Constitutione la 9. incipien. In tanta Bullar. Rom. tom. 2. pag. 370. §. 6. ibi = Quin etiam tollimus, & abrogamus omnia irritantia alia decreta, nec non prohibiciones, declarationes &c. = Ac etiam per Sextum V. in ejus Constitutione incipien. Sanctum, & salutare la 91. Bullar. Rom. tom. 2. §. 2. ubi strictè præcepit observari in hac materia Ordinationis S. Concilium Tridentinum: & docent Vasquez disp. 246. cap. 4. num. 44. in 3. Partem Divi Thomæ tom. 3. R. P. D. Petra in Comment. ad Constit. Urbani II. sect. 2. num. 7. pag. 336.

19 Minusque adversatur id, quod dicitur in sæpedito §. Constat videlicet Privilégium Pii IV. post ipsum Concilium fuisse confirmatum, eo quia fuit ejusdem Pii IV. Constitutio confirmata à Gregorio XIII. in ejus Constit. la 60. incipien. Quo magis; à Gregorio XIV. in ejus Constit. V. incipien. Quanta apud Bullar. Roman. tom. 2. ab Urbano VIII. in ejus Constit. la 16. incipien. Universalis Ecclesiæ. Bullar. Rom. tom. 4. Etenim præfati Pontifices confirmarunt Constitutionem Pii IV. favore Militum Ordinis Hierosolymitani, quo ad exemptionem eorumdem Militum à solutione decimarum, ac declararunt facultatem uniendi, & dismembrandi beneficia concessam M. Magistro, & Conventui à Pio IV. procedere five ante, five post mortem Possessorum, ut legi potest in illa Gregorii XIII. §. 7., & 10.; in illa Gregorii XIV. §. 4., & 5.; in illa Urbani VIII. §. 3. Non verò confirmarunt dictam Constitutionem Pii IV. quo ad privilegium promeundi ad sacros Ordines extra tempora.

20 Et ratio est evidens, quia confirmatio

restringitur ad limites confirmati, & illius naturæ est non aliquid de novo tribuere, sed quod jam tributum est robore, & præservare, si adsit, & ultra contenta in actu confirmato non se porrige-re; ut expressè docent Bonden. Colluct. legal. tom. 1. colluct. 26. num. 80. & seqq. Matthæuc. offic. cur. cap. 35. nu. 8. Capic. Latr. consult. 82. num. 38. tom. 2. Cùm au-tem Constitutio Pii IV de tempore, quo à præfatis Pontificibus fuit confirmata, non continebat Privilégium Ordinationis extra tempora, dum hoc jam fuit an- tecederter revocatum, & sublatum, tum per Concilium Tridentinum, tum per ipsummet Pium IV., ut superius dictum fuit §. 7. Sed vigore; sequitur per necesse, quod illud non fuerit confirmatum à prædictis Pontificibus; aliás confirmatio fuisset facta sine confirmabili, quod non est admittendum, cùm confirmari non possit, quod non est; Bonden. ubi supra num. 82. Altograd. conf. 79. nu. 20. lib. 1. Rot. dec. 87. post Tondut. de Pension. n. 18. Aut non fuisset simplex confirmatio, sed nova concessio Privilégii Ordinationis extra tempora, favore Ordinis Hierosolymitani; quod non est dicendum, dum Papa nunquam censetur restituere velle Privilégium abrogatum, nisi id exprimat. Nicol. resol. Canonic. lib. 1. tit. 11. num. 14. §. Quidem.

21 Alia vero Privilégia, quæ adducuntur in eadem dissertatione §. Et quamvis, & §. Neque opus fuit post Concilium Tridentinum aliquibus Regularibus concessa nimirum illud Gregorii XIII. favore Patrum Societatis Jesu, de quo in ejus Constit. 77. incipien. Pium Bullar. tom. 2. Et illud Urbani VIII. favore Patrum Min. de Observantia in partibus Indiarum Occidentalium existentium, ut in ejus Constit. incipien. Cùm sicut la 46. Bullar. tom. 4. suffragari non possunt indistinctè aliis Regularibus. Quoniam Gregorius XIII. concedendo eisdem Patribus dictæ Societatis Privilégium se promoveri faciendi extra tempora, expressè prohi-buit fieri communicationem hujusmodi Privilégii cum aliis Regularibus, ut in §. 4. ejus Constitutionis ibi = Præsentis au-tem gratiæ communicationem omnibus aliis, etiam qui sua Privilégia cum ipsa Societate copiosè participant, participareque pote-runt,

runt, quomodolibet in futurum fieri omni-
 23 nō probibemus = Urbanus autem VIII. concessit simile Privilegium Ordinationis extra tempora dictis Patribus Minorum in partibus Indiarum tantum existentibus, ut in ejus Constitutione ibi = Nobis humiliiter porrectis inclinati omnibus, & singulis ejusdem Ordinis S. Francisci in partibus Indiarum Occidentalium tantum existentibus = Unde solū Mendicante in Indiis habitantes illo uti possunt; juxta Vasquez in 3. Partem Divi Thomae tom. 3. disp. 246. cap. 5. num. 50. in fin. Lezzana in Summa Regul. cap. 14. num. 19. tom. 1. & in verb. Ordines sacri num. 19. tom. 2. Monacell. tit. 6. formul. 20. par. 1. fol. 170. num. 36. ibi = Item quod licet nonnulli Regulares possint ex Privilegio Apostolico promoveri ad Ordines diebus festivis per annum extra tempora à jure statuta, ut ex largitione Gregorii XIII. Constit. 77. gaudent PP. Societatis Jesu; Non indē inferri, & deduci potest, quod ceteri aliorum Ordinum, qui cum illis participant de Privilegiis, possint vigore hujusmodi communicationis recipere Ordines extra tempora. Sed debent simile Indultum concessum, vel confirmatum post Concilium Tridentinum exhibere = Privilegium autem Clementis VIII. quod, ut asserit Portellus oculis propriis vidisse concessum Fratribus Sancti Joannis Evangelistæ Portugalliae, non

est attendendum; quia ut testatur Lezzana in Summa Regul. verb. Ordines sacri num. 19. hujusmodi Privilegia ultramontana habenda esse suspecta.

Denique gratis asseritur, in §. Neque opponatur, quod plures Episcopi doctissimi, & pii, ac etiam Cardinales cum Religiosis Minorum de Observantia, & cum aliis Regularibus nullam difficultatem habuerint practicandi Privilegium Ordinationis extra tempora; cùm de hac consuetudine, & usu nullum præbeatur legitimum documentum; Sed etiam si admittetur adesse hujusmodi usus, & consuetudo, hæc esset cum errore juris; & nullius esset roboris, cùm non valeat consuetudo, quod extra statuta tempora sacri Ordines conferuntur ad Text. in cap. 2. de tempor. Ordin. Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 33. §. 2. num. 177.

Cùm igitur ex hac tenus deductis eviderter appareat omnia, & singula Privilegia collecta in contraria dissertatione, aut non loqui de facultate, ut Regulares promoveri possint ad sacros Ordines extra tempora; aut esse abrogata; aut non esse sufficientia indistinctè pro omnibus Regularibus; venit per necesse dicendum Regularibus cunctis indistinctè non favere Privilegium aliquod, ut promoveri possint ad sacros Ordines extra tempora à jure statuta diebus festivis.

C A N O N X X I I .

CLEMENS XI. Regul. IX. Cancellariae.

I Tem cupiens idem Dominus Noster Papa pauperibus Clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sinè Cura, Sæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia, qualitercumque qualificata, & ubicumque existentia in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris mensibus, usque ad suæ voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam, alias quam per resignationem, quocumque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositiōnem quorumcumque Collatorum, & Collatricum, Sæcularium,

Ann. 1700.

larium, & quorumvis Ordinum Regularium (non tam en
 Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut aliorum sub
 concordatis, inter Sedem Apostolicam, & quoscumque
 alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & observare
 debuerant, acceptatis, & observatis, quæ lædere non in-
 tendit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia dis-
 positioni suæ generaliter reservavit: Volens in supplica-
 tionibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis be-
 neficiis tunc vacantibus, etiam motu proprio fient de-
 mense, in quo vacaverint, dispositivè mentionem fieri,
 alioquin gratias nullas esse: Ac consuetudines etiam im-
 memorabiles, optandi majores, & pinguiores Præbendas,
 necnon Privilegia, etiam in limine erectionis concessa, &
 Indulta Apostolica, circa ea, ac etiam disponendi de hu-
 jusmodi Beneficiis, aut quòd illa sub hujusmodi reserva-
 tionibus, nunquam comprehendantur, etiam cum qui-
 busvis derogatoriarum derogatoriis, & fortioribus, effica-
 cioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis
 decretis, quibusvis Personis, & Collegiis cujuscumque di-
 gnitatis status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus,
 quomodolibet concessa, adversùs reservationem hujusmo-
 di minimè suffragari. Insuper Sanctitas Sua ad gratifican-
 dum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta,
 (ipsis quamdiu apud Ecclesias, aut Dioeceses suas verè,
 ac personaliter resederint) dumtaxat de omnibus, & qui-
 buscumque Beneficiis Ecclesiasticis cum Cura, & sinè Cu-
 ra, Sæcularibus, & Regularibus, (ad liberam ipsorum,
 dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem,
 seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum con-
 filio, vel consensu, seu interventu Capitulorum, vel alio-
 rum, aut aliàs pertinentibus,) quæ in antea, in mensibus
 Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decem-
 bris extra Curiam ipsam vacare contigerit (Dummodò
 aliàs dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non
 fuerint) liberè disponendi facultatem concessit. Ac etiam
 voluit,

voluit, ut si ipsi, in collatione, aut alia dispositione Beneficiorum, in aliis sex mensibus, videlicet, Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, ut præfertur reservavit) seu etiam aliorum, dispositioni suæ, & dictæ Sedis, aliæ quomodolibet reservatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quo minus provisiones, & gratiæ Sanctitatis Suæ de illis, debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, usu, & Beneficio prædictæ facultatis, eo ipso privati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de Beneficiis, illius prætextu, deinceps faciendæ, nullius essent roboris, vel momenti. Illi verò qui gratiam alternativæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes literas manu propria sub-signatas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque Civitate, vel Dioecesi datas, declarare, & literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis Suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, ac in libro ad id deputato registratis, tunc demum, & non antea uti incipient gratiæ supradictæ. Insuper declaravit, quod si idem Episcopus pluribus Ecclesiis quomodocumque unitis ex Apostolica concessione, & dispensatione, quomodocumque præsit, teneatur hujusmodi alternativæ gratiam, quatenus ea potiri velit, utriusque Ecclesiæ nomine explicitè acceptare, aliæ ipsi non suffragetur, & post factam acceptationem, & admissionem in Dataria neutri parti liceat, nisi concordi consensu ab ea recedere; Declarans præterea exceptionem, positam in Regula favore S. R. E. Cardinalium, & Indul-tum conferendi Beneficia reservata concessum Cardinali Episcopo, non suffragari Capitulo ratione communionis, & confortii juxta declarationem fel. rec. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris sui editam die 10 Septembris anno 1626. quam Sanctitas Sua in omnibus, & per omnia approbat, decernens sic in præmissis omnibus per quoscumque &c. judicari debere, ac irritum &c.

COM-

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone sequentes deducuntur conclusiones.

Prima = BENEFICIA JURISPATRONATUS ECCLESIASTICI VACANTIA IN OCTO MENSIBUS APOSTOLICIS JANUARII, FEBRUEARII, APRILIS, MAI, JULII, AUGUSTI, OCTOBRI, ET NOVEMBERIS SUNT SEDI APOSTOLICAE RESERVATA; VACANTIA VERO IN QUATUOR MENSIBUS ORDINARIIS MARTII, JUNII, SEPTEMBRI, ET DECEMBRI SPECTANT AD PROVISIONEM, ET INSTITUTIONEM ORDINARIORUM =

Secunda = IN BENEFICIIS JURISPATRONATUS NON HABET LOCUM ALTERNATIVA MENSUM CONCESSA EPISCOPIS RESIDENTIBUS, ET EAM ACCEPTANTIBUS = Quas conclusiones probant etiam Gonzal. hic gloss. 18. num. 1. & seqq., & gloss. 41. num. 10. & gloss. 45. num. 1. & gloss. 51. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 472. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 36. num. 1. & seqq. & quæst. 39. num. 9. Vivian. de jurepat. lib. 14. cap. 1. num. 57. Ventrogl. in prax. par. 2. annot. 2. §. 2. num. 65. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 57. num. 183. & 257. Card. de Luc. de benef. disc. 6. num. 11. & disc. 17. num. 4. & disc. 93. num. 4. & de jurepatr. disc. 7. num. 7. & disc. 59. num. 19. & disc. 65. nu. 18. & 33. Rot. decis. 415. nu. 6. coram Bich., & decis. 307. num. 6. coram Peutinger., & decis. 274. num. 4. coram Burat., & decis. 599. num. final. coram Dunozett., & decis. 729. sub num. 5. & seqq. coram Cerro, & decis. 773. nu. 3. cor. Manzaned., & in Cracovien. Cantoriae 25. Januar. 1700. §. Quamvis coram R.P.D. Lancetta, & in Salamantina Beneficii 19. Novembris 1703. §. Cum simplex cum seq. coram Reverendiss. Molines, & in Caesaraugustana portionis 2. Julii 1703. §. Inque coram bo. mem. Muto, & in Urgellen. Canonicatus 28. Aprilis 1704. §. Parum coram R. P. D. Kaunitz, & in Legionen. Parochialis 15. Januarii 1703. §. Altero vero coram bo. mem. Pio, & in Monasterien. Beneficii 30. Januarii 1713. §. De reservatione coram R. P. D. Aldrovando, & in Monasterien. Vicariae 12. Martii 1706. §. Justificatio coram bo. mem. R.P.D. Omanna, & in Leodien. Beneficii 29. Novembris 1706. §. Minusque coram eodem, & in Monasterien. Canonicatus 19. Februar. 1714. §. Admittebatur coram R. P. D. Ansaldo, & in Astoricen. Beneficii 21. Januarii 1715. §. Atque coram R. P. D. Cerro.

Ratio principalis conclusionis legitur expressa initio hujus Canonis; Cupiens nimis summus Pontifex feliciter regnans Clericorum paupertati, & aliarum Personarum meritis providere, medianibus beneficiis, quæ panes Pauperum dicuntur. Gomes. de expect. nu. 75. vers. Et pro ista opinione, Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 2. nu. 14. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 36. nu. 5. reservavit sibi omnia, & quæcumque beneficia Ecclesiastica, etiam jurispatronatus Ecclesiastici vacantia in octo supradictis mensibus; vacantia vero in aliis quatuor tradidit dispositioni Ordinariorum, & sic ex tribus anni partibus, duas sibi tribuit, tertiam vero concessit Episcopis; & quidem summa æquitate, & justitia; Etenim cum summus Pontifex sit in plenitudinem potestatis assumptus, & habeat plenam curam, & auctoritatem, Episcopi vero sint in partem sollicitudinis vocati, minorisque ponderis sarcinam deferant, justum, & rationabile est, ut menses proportionabiliter dividantur pro rata oneris, ponderis, & auctoritatis, ut Papa duplicito habeat menses, quam Episcopi. Insuper idem Pontifex concessit Episcopis residentibus, & acceptantibus, alternativam mensum in beneficiis liberae Collationis, secus in beneficii jurispatronatus, cuius rei ratio est illa eadem, quam tradit Gonzal. hic gloss. 45. num. 2., his expressis verbis, videlicet, quia sicut Episcopus per alternativam recipit a Papa potestatem liberè conferendi in quatuor mensibus Februarii, Aprilis, Augusti, & Octobris; sic etiam ratio postulat, quod Papa liberè conferat in duobus mensibus Martii, & Septembris; quos versa vice recepit ab Episcopo; Sed si beneficia non essent liberae collationis, Papa non posset liberè conferre, sine latrone habentis simultaneam collationem, electionem, aut præsentationem, sive consilium, consensum, aut interventum; quem in hac parte lardere non intendit; Igitur conveniens est, quod in talibus beneficiis non liberae collationis, cesseret alternativa.

Quo ad has conclusiones, sequentes examinantur Casus.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Beneficium de Jurepatronatus Ecclesiastico vacans in mense reservato cadit sub Reservationibus Apostolicis, dummodo istae non sint expressè, vel tacitè exclusæ in limine Fundationis.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficium *jurispatronatus Ecclesiastici* comprehenditur sub reservationibus Apostolicis.
- 2 *Juspatronatus ab initio laicale* si transcat ad Personas Ecclesiasticas assumit naturam Ecclesiasticam, & num. 16.
- 3 *Clausulae Toties*, quoties in reservatione *jurispatronatus apostœ* non excludunt reservationes Apostolicas.
- 4 *Dictio in perpetuum quando impar sit ad effectum excludendi reservationibus?* Vide ibi, & num. 10.
- 5 *Beneficia jurispatronatus Ecclesiastici non cadunt sub reservationibus Apostolicis, quando istae sunt expressè, vel tacitè in limine fundationis exclusæ.* Amplia ut num. 6. & 21. vide num. 17.
- 7 *Referuntur conjecturæ, ex quibus dicitur tacita exclusio reservationum Apostolicarum: Et num. 8. 9. 11. 18. 19. 20. & 22. & 25. & 34.*
- 12 *Decretum irritans in hoc Canone apposatum, an inficiat quamcumque possessionem, & observantiam in contrarium: & num 26. & 27.*
- 13 *Pontifex derogare solet juripatronatus activo, numquam vero passivo.*
- 14 *Reservatio est concludenter probanda, alias iste est arcendus, si reservatio sit turbida, aut dubia: & num. 35.*
- 15 *Beneficia jurispatronatus Laicalis non sunt Sedi Apostolicae reservata.*
- 23 *Quod Canonicatus sit de illis fundatis à Patrono, ex quibus presumatur?*
- 24 *Vacatio Beneficii in mense reservato est concludenter probanda per Impetrantem.*
- 28 *Permissum est Patronis in limine fundationis excludere expressè, vel tacitè reservationes.*
- 29 *Deficiente fundatione, recurritur ad ob-*
Part VI.

servantiam ad effectum dignoscendi qualitatem jurispatronatus.

- 30 *Observantia exclusiva qualitatis Ecclesiasticae in jurepatronatus, ac reservatum, ex quibus resultet?* Vide ibi, & num. 31. & 32.
- 33 *Observantia respectu unius beneficii, quando suffragari possit pro altero?*

CASUS I.

IN limine fundationis beneficii reser-
vavit quidam Fundator juspatronatus
passivum favore originarii Civitatis A,
juspatronatus vero activum favore ejus
Familia, quia extincta, substituit Capitu-
lum Cathedralis ejusdem Civitatis, vo-
lens quod ipsum *semper omnino, in omni
casu, & in perpetuum, toties, quoties be-
neficium vacare contigerit ad illud præsen-
taret; prout, facto loco substitutioni, sem-
per Capitulum in successivis vacationibus
præsentavit; Vacato nuper mense Janua-
rii dicto Beneficio, Titius exterus, & nul-
latenus originarius Civitatis A, illud im-
petravit à Sede Apostolica, uti reserva-
tum ratione Regulæ reservatoriæ men-
sium, Canonici è contra capitulariter
congregati præsentarunt ad idem be-
neficium Cajum originarium. Hinc quæ-
ro, an Literæ Apostolicae sint exequen-
dæ, vel potius sit instituendus Præsen-
tus à Capitulo.*

- 1 *Pro executione Literarum Apostolica-
rum prima fronte respondendum videtur;
Etenim beneficium vacavit mense Janua-
rii, qui vigore hujus *Canonis* est unus ex
octo mensibus reservatis; & cum sit juris-
patronatus Ecclesiastici, utpote perti-
nens ad præsentationem Capituli Cathe-
dralis comprehenditur sub reservationi-
bus Apostolicis juxta dispositionem hu-
jus ejusdem *Canonis*, & auctoritates ibi
in *Commentario*, lato calamo relatas. Quia
attendi mereatur, quod juspatronatus in
hoc casu sit ex fundatione laicale, & pri-
mitus reservatum favore eorum de Fami-
lia Fundatoris, & consequenter reserva-
tionibus Apostolicis minimè obnoxium,
ut dicam infra casu sequenti num. 1. Quia*
- 2 *cum extincta Familia, fuerit in eo substi-
tutum Capitulum, hinc propterea esto,
quod juspatronatus ab initio fuerit laica-
le, tamen cum per extinctionem Familia,*
A a a
trans-

transitum fecerit ad Personas Ecclesiasticas, assumpsit naturam, & qualitatem Ecclesiasticae reservationibus subjectam. Rot. decis. 83. num. 4. & seq. post Vivian. de jurepat. & decis. 383. num. 15. & decis. 432. à nu. 18. coram. Priolo, & in Monasterien. Beneficii 30. Januar. 1713. §. Etenim coram R.P.D. Aldrovando.

3 Nec obstat quod Fundator voluerit Capitulum præsentare ad beneficium, toties, quoties illud vacare contigerit; quoniam ista clausulae Toties, quoties, in reservatione jurispatronatus appositæ non excludunt reservationes Apostolicas, quia intelliguntur toties, quoties vacare contigerit in mense ordinario, ut optimè advertit Piton. discept. Eccles. 25. num. 26. & seq. Rot. in Tarraconen Beneficii 11. Aprilis 1712. §. Quibus ita, coram R.P.D. Lancetta.

4 Minusque adversatur, quod idem Fundator prosequutus fuerit ultra, adjicendo, quod Capitulum præsentaret in perpetuum; Dic̄tio enim ista *in perpetuum*, impar videtur in hoc casu ad effectum excludendi reservationes, quia censetur adjecta ad designandum, quod Capitulum debeat esse Patronus, non temporaliiter, sed in perpetuum hujus beneficii; unde trahi non debet ad importandam exclusionem reservationum Apostolicarum, quæ nunquam inducta censetur, quando verba habere possunt aliam diversam juridicam interpretationem, & significatum, ut in punto, & his verbis tradit Rota in Aprutina beneficii 19. Junii 1705. §. Absque eo, quod coram Eminentissimo Scotto.

5 His tamen non obstantibus censeo in presentiarum, præfatum beneficium non esse subjectum reservationibus Apostolicis, & consequenter Literas Apostolicas obtentas à Titio sub narrativa, quod illud sit ratione measum Sedi Apostolicae reservatum esse subreptitias, & inexequibiles; & è contra Præsentatum à Capitulo esse in eo instituendum; Vera siquidem, & incontravertibilis est in abstracto propositio illa, quod beneficia jurispatronatus Ecclesiastici sint reservationibus Apostolicis obnoxia; Sed in concreto suscipit limitationem, quando nimisimum eadem reservationes sint expresse, vel tacite in limine fundationis à Fun-

datore exclusæ; in hoc namque casu jupat. patronatus, licet sit quoad proprietatem Ecclesiasticum; quoad verò exercitium reputatur laicale, ad effectum, nè dicatur reservationibus subjectum. Rota apud Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 9. sub num. 56. & decis. 242. num. 5. par. 19. rec. & in Parmen. beneficii 28. Januarii 1701. §. Constatilita coram Eminentissimo Scotto, & in Aprutina beneficii 19. Junii 1705. §. Neque obstat ire coram eodem, & in Gerunden. Eleemosyna Panis, quoad jus nominandi super reservatis 26. Junii 1713. §. Ex tripli coram eodem Eminentissimo Scotto, & in Monasterien. Canoniciatus 19. Februarii 1714. §. Verum hæ coram R.P.D. Ansaldo, in inferius impress. Quod quidem procedit, etiam si fundatio præcesserit publicationem Regulæ reservatoriæ mensium factam à Nicolao V. de anno 1447., ut testatur Rot. decis. 121. num. 14. par. 19. rec. & in dicta Parmen. beneficii ubi supra. §. Quoniam, quia vis non stat in voluntate Fundatoris excludendi reflexè reservationes mensium, sed in incompatibilitate fundationis cum reservatione mensium, quæ incompatibilitas, sive fundatio præcedat, sive subsequatur regulam mensium, semper illam excludit. Rot. in Tarraconen. beneficii 11. Aprilis 1712. §. Minus obstat coram R.P.D. Lancetta.

In casu presenti quamvis deficiat expressa exclusio reservationis, concurrit tamen tacita ex conjecturis, & argumentis elicita, ut clare resultat ex ipsa fundatione hujus beneficii, ibi enim voluit Fundator.

7 Quod beneficium semper sit conferendum ad præsentationem Capituli; dictio autem semper importat continuatam facultatem præsentandi in Patrono absque ulla interruptione, cum sit complexiva, cuiuscumque temporis, & casus, & consequenter excludit reservationes, ut ponderant Pacion. de Locat. & conduct. cap. 14. §. 6. nu. 19. Piton. discept. Eccles. 25. nu. 15. & in terminis hujus dictionis semper; Rot. in Tarraconen. beneficii 11. Aprilis 1712. §. Exclusio coram R.P.D. Lancetta.

8 Volut etiam, quod jupræsentandi omnino speetet ad Capitulum; quæ dictio omnino, cum æquipolleat clausulae, in omni casu, & in perpetuum, per eam excluditur reservatio Apostolica, ut tradit Prob. ad

ad Monac. in cap. Cùm de beneficio de præben. in 6. Rot. in Parmen. beneficii 28. Januarii 1701. §. Quam quidem coram Eminentissimo Scotto.

9. Insuper concessit juspræsentandi Capitulo in omni casu, & in perpetuum, toties, quoties beneficium vacare contigerit; si enim Capitulum habere, & exercere debet juspræsentandi, in omni casu, & in perpetuum toties, quoties beneficium vacare contigerit; hoc significat, quod in omnibus vacationibus, etiam succendentibus in mensibus reservatis debeat habere juspræsentandi, ut tradit à Spiritu Sancto consult. 30. nu. 14. & seqq. Rot. decis. 476. nu. 11. par. 19. tom. 2. Nullatenus attento, quod superius in contrarium asserebatur §. Minusq. nimis, quod dictio in perpetuum designet, quod Capitulum debeat esse Patronus non temporaliter, sed in perpetuum, non verò quod sit apta excludere reservationes Apostolicas; quia hoc est verum, quando eadem dictio legitur apposita circa pertinentiam jurispatronatus, secus quando, prout in præsentiarum legitur adjecta circa modum præsentandi, ut respondet Rot. in Tarraconen. beneficii §. Decisio cor. R.P.D. Lancetta.

11. His accedit subsecuta observantia tum affirmativa, ex eo, quia semper in mense reservato fuit beneficium collatum ad præsentationem Capituli, tum negativa eo, quia nunquam fuit provisum à Sede Apostolica, tanquam reservatum ratione mensium; ex qua observantia rectè desumitur interpretatio, quod ex lege fundationis locum non possit habere reservatio, etiam si agatur de jurepatronatus Ecclesiastico Rot. in dicta Tarraconen. beneficii 11. Aprilis 1712. §. Cæterum coram R.P.D. Lancetta, & in Gerunden. eleemosynæ panis quoad jussinandi super reservatis 26. Junii 1713. §. Et demum coram Eminentissimo Scotto.

12. Absque eo, quod quicquam officiat Decretum irritans, in hoc Canone appositum, per quod derogatur cuicunque possessioni, quamvis immemorabili. Gonzal. hic gloss. 35. num. 21. Rot. in Astoricen. beneficii 21. Januarii 1715. §. Nec magis coram R.P.D. Cerro. Quia illud inficere vallet possessionem, & observantiam, quando absque ulla hæsitatione locum sibi

Pars VI.

vindicat idem Canon; secus quando ex tot; tantisque conjecturis ille est incompatibilis cum Lege fundationis, ut huic objecto respondendo tuetur Rot. in Compostellana beneficii 15. Martii 1717. §. Minime coram R. P. D. Althann inferius legen.

Fortius supradictæ Literæ Apostolicæ sunt in hoc casu inexcusabiles, quia Titius impetravit beneficium non solum ut reservatum vigore hujus Canonis, verum etiam sub falsa expressione, quod nullus aderat qualificatus, qui ad hujusmodi beneficium aspiraret, quando aderat Caius originarius Civitatis A, vocatus à Fundatore, & præsentatus à Capitulo, quod reddit gratiam subreptitiam, & inexcusabilem, etiam si ageretur de beneficio reservato, cùm Summus Pontifex tollat quidem jussipatronatus actuum quoad præsentationem Patronorum, nunquam verò passivum favore Personarum de certo genere in fundatione vocatarum, quarum juri quæsito ex fundatione, derogare voluisse præsumitur, dummodo vocatus à Fundatore compareat in tempore, & re integra, seu ante provisionem. Rot. de execut. Liter. cap. 5. num. 177. Rot. coram Bich. decis. 189. num. 17. & seq. & decis. 66. num. 5. cor. Carill. & in Vicen. beneficii 17. Februarii 1713. §. Preterea cum seqq. cor. R.P.D. Aldrovando, & 19. Iunii 1716. §. Ex quibus coram R. P. D. Rovault de Gamaches.

R. P. D. A N S A L D O

Monasterien. Canonicatus.

Lunæ 19. Februarii 1714.

Canonicatum in Insigni Collegiata S. Bonifacii Oppidi Freckenhorstensis, quem ultimo loco vacantem Abbatissa Caput Cleri ex utroque sexu compositi in vim facultatis sibi, & aliis pro tempore in tali munere existentibus à Fundatoribus elargitæ contulerat Josepho Ceisberg., postmodum Jo. Antonius Theodorus existimans fore Sanctæ Sedi reservatum; eo quia vacasset in mens Septembris juxta notissima Germaniæ concordata Papæ reservato, impetrare ab eodem Sanctissimo non dubitavit, ex-

A a a 2 pedi-

peditisque Litteris Apostolicis, cùm fru-
strà pro illarum executione apud eam-
dem Abbatissam instetisset, satius duxit
eumdem Josephum Oppositorem, & in-
actuali beneficij possessione existentem
in Jus vocare, ad quem effectum obtenta
à Sanctissimo commissione mihi directa,
consuetum Dominis meis proposui Du-
bium = An nempe Literæ Apostolicæ sint
exequenda, quod fuit negativè resolu-
tum.

14. Omissa enim inspectione, An Literæ
justificatae dici possent circa Clericatum,
& idoneitatem Provisi, ac valorem in iis-
dem expressum, principalius sanè Gratiae
Apostolicæ fundamentum consistens in
reservatione Papæ narrata, nullatenus
visum fuit Dominis per imperantem justi-
ficatum, prout contra anteriorem Provi-
sum, & justo titulo in possessione existen-
tem concludentissime probandum esse
docent Garz. de Benef. par. 6 cap. 3. nu. 10.
& seqq. Modern. Roman. discept. Eccles. 12.
num. 3. & discep. 17. nu. 63. & in Parmen.
beneficii 28. Januarii 1701. coram R.P.D.
meo Scotto Alma Urbis Gubernatore im-
press. apud eumdem Modern. Roman. di-
scept. 25. num. 40. Itaut si quæ reservatio-
nibus dubietas, aut turbiditas animum Ju-
dicis involveret, arcendus foret impe-
trans, & absolvendus possessor juxta fir-
mata per Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 45.
num. 42. Rot. decis. 472. num. 6. par. 19.
tom. 2. rec. & in Parmen. Beneficii 28. Ja-
nuarii 1701. §. Cùm enim cor. eod. R.P.D.
meo Scotto Alma Urbis Gubernatore, & in
Cremonen. Beneficii 3. Decembbris 1706.
§. Præmisso enim coram R. P. D. meo Lan-
cetta.

Quod autem de reservatione non do-
ceretur; Nec doceri posset per Impetran-
tem palam Dominis emicuit ex ipsa fun-
datione hujusmodi Canonicatum utrius-
que sexus peracta usque de anno 851.
per Laicos, nempe per Everardum, &
Gevam conjuges cum bonis laicalibus, ac
cum reservatione ad eorum favorem ju-
ris nominandi Canonicos, & Canonissas,
quousque ipsi Fundatores in humanis exi-
sterent, iis verò è vivis erexit præcepe-
rant, quod eademmet facultas, & idem
jus ad Abbatissas pro tempore devolve-
15 retur: Posita autem hujusmodi laicalita-
te tam respectu Fundatorum, quam bo-

norum, ex quibus beneficia dotata exti-
terant cùm consecutiva laicalis jurispa-
tronatus reservatione, planum emergit
nullas intrare reservationes Apostolicas,
ut millies declaravit Rota, & signanter
in decis. 589. num. 2. coram Pamphil. in re-
cent. decis. 242. num. 13. par. 19. & in Cre-
monen. beneficij 14. Maii 1706. §. Absque
eo, quod coram Reverendissimo Kaunitz, in
Parmen. beneficij 16. Januarii 1702. §. Al-
tera cor. Me, & in Vicen. beneficij 17. Fe-
bruarii 1713. §. Econverso cor. R.P.D. Al-
drovando.

16. Admittebatur per Scribentes pro Jo.
Antonio Theodoro qualitas hæc laicalis
de tempore fundationis horum Canoni-
catum, illiusque perduratio usque ad
obitum Fundatorum ad effectum etiam
impediendæ reservationis; At postquam
iis defectis, juspatronatus translatum
fuerat in Abbatissas intuitu non certæ il-
larum personæ, quæ Fundatoribus inco-
gnitæ erant; sed qualitatis Religiosæ, eo
quod Ecclesiastico servitio addicte Mo-
nialium Coetui præcessent, cum hoc casu
Fundatores viderentur respexisse ad Mo-
nasterium ipsum, seu Ecclesiasticam Di-
gnitatem, non verò ad particularem Ab-
batissæ personam, prætendebant idcirco
idem Scribentes, quod tale juspatrona-
tus effectum illico fuerit Ecclesiasticum,
& uti tale reservationibus Apostolicis
subjectum, ut discussio formiter articulo
dicebatur firmatum per Rotam in Mona-
sterien. Vicarie 12. Maii 1706. §. Eo au-
tem fortius cum seq. & 18. Maii 1707.
§. Præsertim coram Omanna; Non atten-
ta laicalitate Patronæ presentare deben-
tis, quia ubi Locus Pius, & Ecclesiastici
principaliter extitit per Fundatorem
consideratus, itaut ejus intuitu juspatro-
natus relictum fuerit, tunc qualitas lai-
calis inhærens personæ, quæ tali Loco
præficitur, & cui tanquam Capiti, ac Mi-
nistro illius Pii, & Ecclesiastici Loci jus
præsentandi relictum fuit, alterare nequit
Ecclesiasticam jurispatronatus naturam
ipsi beneficio impressam, statim ac tale
jus ipsi Ecclesiastico Coetui, seu Loco re-
lictum est, ut distinguendo firmat Rot. in
decis. 661. num. 5. verific. Etenim est distin-
guendum par. 19. recent., & in proposito
jurispatronatus reliqui Operariis Ecclesia-
meris Laicis, quod nihilominus Ecclesia-
sticum

sticum censendum sit, & cadat sub reservatione, habetur in illa Barchionen. beneficij 12. Junii 1688. §. Agitur, usque ad fin. coram Cardinali Mattheo, ac contra Capitaneos Poloniae Administratores bonorum Ecclesiarum, et si simpliciter Laicos respondit eadem Rot. in illa Cracovien. Cantoria 25. Januarii 1700. §. Verum coram R.P.D. Lancetta, & 11. Maii 1701. §. Tum quia, & 6. Junii ejusdem anni §. Respectu coram clar. mem. Cardinali Caprara.

17. Verum haec, & similes Theoricæ, quas modernioribus hisce temporibus amplecti coepit Rota, adaptabiles visæ sunt Domini in suis tantum casibus, in quibus jupatronatus transferatur in personas Ecclesiasticas, uti Ecclesiasticas, vel in Sæculares, contemplatione tamen Loci Ecclesiastici, ita ut fundationum Litera à Pontificiis reservationibus abhorre, non videatur; Secus vero dicendum existimarent in Themate, quo Fundatores Laici eamdem qualitatem laicalem semel beneficio impressam, & cujuscumque reservationis, ac impedimenti exclusivam, & ipsis viventibus ad aetum redactam perdurare voluerint etiam in eorum Successoribus, quamvis Ecclesiasticis, vel alicui Pio, ac Ecclesiastico Loco praepositis, ita ut jupatronatus eamdem penitus laicalem naturam, & qualitatem retinere velint, perinde ac si ipsis Fundatores Laici praesentare deberent; Posita enim hujusmodi Fundatorum voluntate excludendi in perpetuum similes reservationes, quam sufficere etiam tacitam desumptam ex conjecturis, & argumentis voluit Rota in decisi 476. nu. 1. par. 19. recent. ac in Parmen. beneficij 28. Januarii 1701. §. finali coram R.P.D. meo Scotto Almae Urbis Gubernatore, & 16. Januarii 1702. §. At quando coram Me, & 27. Junii 1703. §. Quoniam coram Reverendissimo Domino Molines Decano, & in Tarraconen. beneficij 11. Aprilis 1712. §. Exclusio coram R.P.D. meo Lancetta; Nil amplius referebat, quod persona ad jupatronatus invitata foret Ecclesiastica, vel Sæcularis, vel proprio intuitu, aut potius Loci Ecclesiastici contemplatione in tali praesentandi munere substituta; Quoniam utroque casu Fundatorum voluntatem hujusmodi reservationem exclusivam seryandam esse

monent Corrad. in prax. benef. lib. 4. cap. 2. sub nu. 40. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 10. num. 4. Cardinalis de Luca de jurepatronat. discurs. 59. num. 16. cum aliis in decisi. 157. nu. 5. & seqq. par. 7. recent. Gloss. in cap. 2. versc Collatio de Præbend. in sexto, Garz. de benef. par. 5. Dunozett. jun. decisi. 769. num. 7. Rota in prædicta Vicen. beneficij 30. Junii 1713. §. Sicuti cor. R. P. D. meo Aldrovando, & in Monasterien. beneficij 30. Junii 1713. §. Minime cor. eodem.

18. Quod autem memorati Fundatores voluerint eorum beneficia à quibuscumque reservationibus exempta, ita ut liberæ præsentationi, & collationi hujusmodi beneficiorum nullum impedimentum ullo unquam tempore, vel ipsis Fundatoribus, vel eorum successoribus afferri posset, clare elici existimarent Domini ex ipsis fundationis verbis, ibi *Volumus*, ut si quis, & filii nostri Sacerdotibus, Diaconibus, aut filiarum &c. obierit alium, vel aliam in eorum locum substituendi, & nominandi facultas non impedita penè nos permaneat; postquam autem sors beata, & extrema nos corpore mortalitatis solverit; præcipimus, & decernimus, ut Theatibunda devota Dei Famula, aut illius in perpetuum Successores à Sororibus eligendæ, quoties Sacerdotium, vel Diaconia, aut Locus in Congregatione filiarum vacaverit &c. de illo libere, & omnimodè disponat sine ullius impedimento potestate Sæcularis, aut Clericalis interventu ordinant, & provideant eodem modo, qualitate, & statu in memoriam nostri, uti Nos, si in viuis essemus, ordinaremus, disponeremus, & potestate per præsentis fundationis, & dotationis Tabulas acquista facheremus; Ex quibus negari nequit, quod Fundatores eamdem penitus facultatem, quam sibi absolutè reservaverant, quæque nequibat per reservationes impediri, transfluerint in Abbatissam, alias implicaret potestate Abbatissæ providendi eodem modo, qualitate, Statu, quo poterant ipsis Laici Fundatores, & restrictio facultatis præsentandi ad paucos menses Sanctæ Sedi non reservatos; Unde manifestè patet, quod prædicti Fundatores noluerunt, quod alteraretur qualitas, & natura laicalis jurispatronatus per mutationem personæ Ecclesiastica figuram gerentis, sed in eodem Laicali statu quocumque futuro

futuro tempore perduraret: Nihilo prorsus immutato, quod posse præcipi per Fundatores supra fuit comprobatum, quibus addi possunt Ricciull. lucubrat. Eccles. lib. 4. cap. 13. num. 2. Cardinalis de Luc. de jurepatr. disc. 7. num. 8. Modern. Roman. discept. Eccles. 25. nu. 21. cum concordan. in dicta Parmen. beneficii 16. Januarii 1702. §. quando cor. Me.

19 Eamdem reservationum exclusionem non minus clarè, & evidenter patefaciunt verba illa adjecta facultati Abbatissæ nominandi, & substituendi Canonicos quoties vacatio contigerit, nimirum liberè, & omnimodè sine ullius impedimento potestatis Sæcularis, aut Clericalis; hæc enim omnem penitùs excludunt reservationem tanquam incompatibilem cum omnimoda libertate à Fundatoribus per ea verba concessa, prout de verbo liberè quod sit exclusivum reservationum tradit Gonzal. ad Reg. 8. gloss. 53. num. 25. ibi = Vigesimoquarto liberè, id est sine aliquo reservationis obstaculo, ubi adducit Text. in cap. Si Apostolica 35. de Præbend. in 6. & verbum omnimodè, quod æquivalet verbis omni casu ad tradita per Rebuff. in l. pecunia 178. vers. postremo ff. de verb. significat. Fusar. conf. 52. num. 40. & 41. & Barbos. dict. 239. num. 1. importatque plenariam dispositionem ad favorem Abbatissæ cum alterius cujuscumque exclusione, nimirum contra proprii sensus naturam restringeretur; Si in omni penitùs casu provisiones non fierent per Abbatissam, sed in majori anni parte forent S. Sedi reservatæ, ut patet ad sensum.

20 Omnem verò difficultatis umbram fugare visa sunt cætera verba superaddita omnimodæ facultati Abbatissæ providendi beneficia prædicta ibi = Sinè ullius impedimento potestatis Sæcularis, aut Clericalis, quæ utpote indefinita pandunt deliberatam Fundatorum intentionem, quod nemo in hujusmodi beneficiorum provisione se ingereret, sed absolutè unicè, ac perpetuò ad Abbatissam spectaret, excludendo quemlibet Superiorum etiam Ecclesiasticum indefinite, & sic etiam Summum Pontificem, à qua Superioris cujuscumque exclusione resultare etiam reservationum Apostolicarum exclusionem firmavit Rot. in decis. 769. num. 4. cor. Dunoz. jun. cor. Pamphil. decis. 589. num. 2.

cor. Seraphin. decis. 1263. per tot. & in rec. decis. 242. num. 13. par. 19. & in Parmen. beneficii apud Piton. disc. Eccles. 25. nu. 41. & in Vicen. beneficii 17. Februarii 1713. §. E converso cor. R. P. D. meo Aldrovando; Animadvertingo præcipue, quod dicta verba non ipsi jurispatronatus reservacioni, sed collationi, & provisioni eorumdem beneficiorum reperiuntur adjecta; Unde magis, magisque resultabat enixa Fundatorum voluntas, quod perpetuò, & absque ulla penitus interruptione, remotoque quolibet Superiorum obstaculo, provisiones omnes, quæ contingere valerent, semper per Abbatissam unicè explerentur; Ideoque data tam literali laicitalis præservatione, & constanti Fundatorum intentione, quod ad solam Abbatissam spectaret provisio, exclusa quamcumque reservatione, corruerat per consequens omne literarum Apostolicarum fundamentum, quod soli reservationi nitiebatur; Ideoque tanquam in parte magis essentiali non justificatæ minimè exequutioni demandari promerebantur, ut quotidie practicari videmus, & signanter in Cremonen. beneficii 14. Maii 1706. §. Absque eo quod cor. Reverendissimo Kau-nitz Tarraconen. beneficii 11. Aprilis 1712. §. Constat coram R. P. D. meo Lancetta in Monasterien. beneficii 30. Januarii 1713. §. Minimè coram R. P. D. Aldrovando, & in Vicen. beneficii 17. Februarii ejusdem anni §. Ex quibus, coram eodem.

21 Non attenta replicatione per Scribentes pro Jo. Antonio Theodoro allata, quod cùm nimirum fundatio horum Canoniciatum initium desumat ab anno 850. quo Regulæ Cancellariæ, seu reservationes adhuc non erant adinventæ, ne quiverint propterea Fundatores in animo habere hujusmodi reservationum exclusionem, quas providere non poterant, cùm voluntas ad incognita non feratur; Quoniam Domini non desumebant exclusionem reservationum simpliciter ab animo Fundatorum, sed ab incompatibilitate dispositionis eorumdem cum prædictis reservationibus, itaut prædicta incompatibilis lex, sive præcesserit reservationes mensium, sive fuerit subsecuta semper eamdem reservationum exclusionem operetur, ut plenè huic objecto satisfacit Rota in sâpe allegata Parmen. beneficii 28. Ja-

28. Januarii 1701. §. Quibus tamen coram R.P.D. meo Scotto Almae Urbis Gubernatore, & 16. Januarii 1702. §. Applicando, & §. Utique coram Me, in Gerunden, beneficii 12. Januarii 1702. §. Responsum cor. Reverendissimo Molines Decano, & in Tarragonen. beneficii 11. Aprilis 1712. §. Minus obstat cor. R.P.D. meo Lancetta.
22. Prædictam autem Apostolicarum reservationum exclusionem, quam clarus, & literalis fundationis tenor operari Dominis videbatur indubitabilem subinde effecit continuata tot sacerdorum usque in præsens observantia, qua hujusmodi Canonicatus, & Beneficia semper collata extiterunt ab Abbatissa, absque eo quod ulla unquam tempore, aut ulla vacacionum occasione Dataria in illis manum apposuerit, aut aliâs in eorum provisione se ingesserit, & tamen nemo non videt in verisimilitudinem, quod in tam longo tot annorum, & seculorum decursu aliquæ non evenerint in reservationis mensibus vacaciones, pro quibus sanè non defuissent stantes ad ostium impetrantes, nisi nimium evidens, & clarum Abbatissæ jus, & jure fulcita consuetudo eos retraxisset, de qua usque ad hæc tempora non interrupta observantia, ac continuata omni tempore provisionum serie factarum per Abbatissas uti Patronas Laicas ad exclusionem tam reservationum Apostolicarum, quâm Concordatorum Germaniæ ex certa scientia testatus est usque de anno 1693. ipsem Episcopus Monasterien. Summario Josephi num. 2. cui consonat altera relatio Vicarii Generalis ejusdem Episcopi edita de anno 1692. quibus attestationibus uti editis à Personis Excelsa Dignitate fulgentibus, & contra proprium commodum deponentibus, quanta fides habenda sit, monent ad Text. in cap. Nobilissimis 97. distinct. Roman. in cons. 59. num. 6. Cardin. de Luc. de Emphyt. dist. 63. à nu. 3. & plenius in tract. de Judic. dist. 30. num. 3. Rot. decis. 656. num. 9. par. 2. recent. & decis. 1784. nu. 53. coram Coccin. decis. 714. num. 16. cor. Merlin & decis. 316. num. 4. coram Bich. Hujusmodi autem observantia in linea interpretativa voluntatis Fundatorum pro exclusione Apostolicarum reservationum maximè deferendum esse plenè docet Rot. in memorata Tarragonen. beneficii 11. Aprilis 1712. §. Cæterum cor. R.P.D. meo Lancetta, & in Gerunden. eleemosynæ panis, quoad jus nominandi super reservatis 26. Junii 1713. §. Demum cor. R.P.D. meo Scotto Almae Urbis Gubernatore.
- Absque eo quod pro hujusmodi observantia interruptione mereretur adduci casus in illa Monasterien. Vicaria 2. Julii 1706. cor. R. P. D. meo Scotto Almae Urbis Gubernatore; Quoniam, ut animadvertebant Domini, in eo casu agebatur de Vicaria à diversa fundatione procedente, quæ nil commune habet cum Canonictibus erekts ab Everardo, & Geva, de quibus hodie est sermo, ac propterea in allegabile erat tale exemplum, seu decisiō illa in causa penitus dissimili emanata, cùm à diversis, & disparatis fieri non posset illatio ex vulgatis.
23. Certam autem omnino videntes imperatoris defensores qualitatem laicalem, exclusivam reservationum mensium nedum in ipsis Fundatoribus, sed in Abbatissis substitutis; Eamque plurium sacerdorum observantia tam negativa, quâm affirmativa fulcitam, inficiari, hinc cœperunt, quod hodiernus Canonicatus sit de illis fundatis ab Everardo, & Geva, sed ista negatio gratis undique emissâ nullum impetranti favorabilem peperit effectum; Siquidem cùm piissimi Fundatores integrum hoc Collegium Canonorum utriusque sexus erexerint de anno 851. ut memorati Episcopus, & Vicarius Generalis Monasterienses diversis vicibus, ac temporibus testati sunt, & super quibus attestationibus R.P.D. meus Aldrovandus uti Judex Commissarius in consimili casu favore provisâ ab Abbatissa de anno 1705. pronuntiaverat; Cumque pluralitas fundationum non præsumatur, nec alterius fundationis in hac Ecclesia detur fumus, præsumptio stat, quod hujusmodi Canonicatus semper liberè per Abbatissam collatus sit de illis in primordiali fundatione Everardi, & Geva erekts, itaut contrarium afferenti incumbat onus cum exhibitione diversæ, & novæ fundationis ejus assumptum justificandi, ut animadvertisit Rota in Compostellana Parochialis de Pardena 22. Junii 1710. §. Primogeniali cor. R.P.D. meo Falconerio, & in eadem 22. Junii 1711. §. Atque ex his coram Me.

Atque

24 Atque huic posito, quod hujusmodi beneficia non cadant sub mensum reservationibus, ut supra fuit comprobatum. *Domini* superfluam existimarunt inquisitionem, num ultimus provisus obierit in Mense Septembris reservato, nec nè; Et tamen cùm onus concludentissimè probandi talem obitum, existente alio proviso ab Ordinario in beneficij possessione spectaret ad impetrantem tamquam primarium suæ gratiæ fundamentum ex firmatis per Rot. coram *Ubaldo*. in decis. 300. num. 2. & decis. 14. num. 5. coram *Duran*. ac in dicta *Parmen*. beneficij 28. Januarii 1701. coram R. P. D. meo *Scotto Almae Urbis Gubernatore*, adhuc suæ obligationi non satisfecisse impetrantem nonnulli ex *Dominis* existimabant, cùm dictus impetrans non exhiberet probationes univocas, & concludentes vacationem in mense reservato, prout facere debuisset juxta notata per *Lotter*. de re benefic. lib. 2. quæst. 45. num. 42. Rot. decis. 472. num. 6. par. 19. tom. 2. recent. cùm abundè relatis in *Vicen*. beneficij 17. Februarii 1713. §. Ex quibus coram R. P. D. *Aldrovando*, præser-
tim quod è contra *Josepho* proviso ab *Abbatissa* ordinaria Collatrice favebat præsumptio pro vacatione in mense ordinario uti naturali juxta doctrinam *Gon-
zal*. ad *Regul*. 8. *Gloss*. 11. nu. 43.

Et ita &c. Utraque &c.

R. P. D. A L T H A N N

Compostellana Beneficij.

Lunæ 15. Martii 1717.

Diluturna sua quasi possessione freti emphyteutæ, seu possessores pro tempore nonnullorum honorum in *Vico de Bean* sitorum alias jure directi dominii spectantium ad Prioratum *Portus Marini Sacrae*, & Inlytæ Religionis *S. Joannis Hierosolymitani* vigore concessionis in emphyteusim ad vitam trium Serenissimorum Regum Hispaniarum per eos juxta solitum reportatae ab hujuscæ Prioratus, seu Commendæ tunc Praecep-
tore, præsentandi nimirum in qualibet vacatione tam ad Ecclesiam Parochialem ejusdem loci de *Bean*, quād ad simplex beneficium in ipsam Ecclesia existens

ratione annexionis, quam utrumque habere reperiebatur iisdem bonis emphyteuticis, licet ipli anno 1708. præsentaf-
sent ad prædictum simplex beneficium illo tempore vacatum per obitum *Bernardi Gil* ad eorum præsentationem simili-
ter instituti *Ferdinandum Pedreira*, & is etiam institutionem una cùm illius posses-
sionem assecutus fuerit; attamen perven-
to post aliquot annos eodem beneficio in *Joannem Antonium Salazar* ex permuta-
tione inter ipsum, & præfatum *Ferdinan-*
dum solemniter inita, illius posses-
sionem alioquin pacificè obtenta, adeo exagita-
ta remansit à *Benedicto Carvajales*, ut
iste confusus Pontificia collatione per
eum usque ab anno 1709. reportata de
ipsomet Beneficio veluti vacato per mor-
tem prædicti *Bernardi* in mense Octobris
Sedi Apostolicæ reservato executionem
illam Literarum Apostolicarum, quam in
Partibus obtainere nequivit, in nostro Sa-
cro Tribunali prosperè consecutus fuit
contumaciam reportando decisionem
editam sub die 29. Aprilis anni proximè
præteriti coram Reverendissimo D. meo
Ansaldo Decano una cum favorabili sen-
tentia in illius sequelam per eundem
promulgata, sed commissa mihi in gradu
appellationis à supradicto *Joanne Anto-
nio Salazar* interpositæ ulteriori causæ
discussione, eoque etiam jura sua dedu-
cente consultis hodie *Dominis meis* sub
congruo dubio = *An sit procedendum ad*
legitimam = ipsi negativè respondere non
hæstarunt.

25 Emergebat namque hujusmodi resolu-
tionis ratio ex illa non minùs æqua, quād
prævalida juris dispositione, juxta quād
cùm præfinitum extet tunc Apostolicas
Literas esse exequendas, quoties illæ ve-
ritate nituntur, quemadmodum monet
Alexander III. in cap. 2. de rescriptis. Exe-
quutioni utique demandari nullo modo
poterant literæ, de quibus agitur, ex
quo apertè demonstrabatur nequaquam
sufficere præcipuum illud Apostolicæ
Gratiæ fundamentum Ecclesiastica nem-
pe innixum qualitate ejusdem jurispatro-
natus per *Benedictum Summo Pontifici*
exposita, & qua mediante tale benefi-
cium uti Apostolicis reservationibus ob-
noxium unicè assecutus fuit, eo ipso,
quod pro illius qualitate laicali, ac Apo-
stolica-

stolicarum reservationum exclusione militabat ultimus status anni 1680. ex institutione predicti Bernardi Gil efformatus, & à sententia quoque Ordinarii tunc comprobatus unà cum literali expressione, quod illud esset de præsentatione laica, quodque etiam possessores eorumdem bonorum extarent in quasi possessione præsentandi tutte le volte, che succede vacare, juxta formam expressam in præcedenti statu anni 1670. ubi eadem quasi possessio præsentandi in mensibus reservatis per aliam sententiam Ordinarii similiter canonizata appetit, ut in Summ. Joannis Antonii num. 6. & 7. In his enim terminis haud dubium esse valet, quod in hujusmodi mero judicio possessorio, quale dicitur illud super executione Literarum Apostolicarum, ut alias censuit Rot. in decif. 115. num. 19. coram Priolo, in Mediolanen. Prioratus 14. Februarii 1701. §. Cum enim coram Eminentissimo Scotto, & 5 Maii 1702. §. Ratio resolutionis coram Eminentissimo Priolo, in Pennen. Beneficiorum super executione Literarum Apostolicarum 17. Martii 1710. §. Ex hoc autem coram R. P. D. Aldrovando, & in Bononien. Beneficiorum de Castello super executione Literarum Apostolicarum 12. Decembris 1712. §. De Justificatione cum seqq. coram R. P. D. meo Crispo, opus non sit pro sustinenda collatione Ordinarii de consensu Patronorum facta adversus propositum Apostolicum pergere ad discussionem petitiori, sed tantummodo attendi debet quasi possessio, ac ultimus status ad effectum excludendi assertam reservationem juxta celebre Calderin. conf. 28. de præbend. vers. & status præsens communiter receptum, ut tradunt Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 34. Simon. de reservat. qu. 70. Rot. coram Gregor. decif. 77. num. 9. & 12. coram Penia decif. 823. num. 18 coram Arguell. decif. 110. num. 28. coram Reverendissimo meo Ansaldo, decif. 9. num. 33. in recent. decif. 154. num. 3. par. 1. decif. 472. num. 67. par. 19. tom. 2. & in Placentina, jurispatronatus 20. Junii 1701. §. Urget, & §. final. coram Eminentissimo de la Tremoille.

26 Minimè urgente responsione, quod idem ultimus status refragari nequeat, ubi prout hic intrat reservatio Apostolica vigore regul. 8. bodie 9. Cancell., eo Pars VI.

quia agatur de jurepatronatus, quod clare ostenditur esse Ecclesiasticum, utpote annexum bonis jure directi dominii pertinentibus ad Prioratum, seu Commandam Portus Marini Hierosolymitanæ Religio-
nis, licet illorum utile dominium attineat ad Laicos, ut dixit Rot. decif. 298. num. 9. & decif. 339. nu. 23. par. 9. recent. Quoniam objectio isthæc verè procederet quoties adversus prædictum ultimum statum prætensa qualitas Ecclesiastica controverxi beneficii, ejusque reservatio de-
tegeretur ita perspicua, ut posita non es-
set in discrimen, vel erueretur, seu pro-
bata extaret ex illo triplici probationum
genere deducto ex re judicata, seu pu-
blico foundationis Instrumento, vel ex
Partis confessione, prout communiter
tradunt Doctores, & omnium antesigna-
nus Panormit. in cap. Consultationibus nu. 9.
versc. Quod ego intelligerem de jurepar.
& Rot. in dicta Bononien. beneficiorum de
Castello 12. Decembris 1712. §. Absque eo
quod coram R. P. D. meo Crispo, in Firmana
beneficiorum 11. Januarii 1715. §. Neque
dicitur coram R. P. D. meo Lancetta, & in
Casertana benefic. 15. Junii 1716. §. Ceterum
coram Me, cum eo casu talis reser-
vatio non solum diceretur de per se clara,
ut promanans ex incontrovertibili
illius qualitate Ecclesiastica, sed etiam
locum sibi vindicare valeret in eversio-
nem ejusdem ultimi status, ac etiam cu-
juscumque contrarie observantia, seu
præscriptionis quatenus adesset ex De-
creto irritanti in eadem regula mensium
reservatoria adjecto, aliisque rationibus
adductis per Gonzal. ad regul. 8. Cancell.
gloss. 67. num. 39. & seqq. & Rot. in Craco-
vien. Cantoriæ 11. Martii 1701. §. Hinc
non obstante coram clar. mem. Card. Ca-
prara in oppositum allegat. & juxta distin-
ctionem, de qua eadem Rot. in Augustia-
na summa Custodia super secundis literis
21. Junii 1715. §. Non subfidente coram
R. P. D. meo Falconerio.

27 Secùs verò dijudicandum est, quando prout in præsenti Ecclesiastica qualitas spèdicti jurispatronatus, illiusque reser-
vatio non convincitur ex supradictis va-
lidis probationibus, sed desumi conten-
ditur ex mera dumtaxat juris præsum-
ptione unicè proveniente ab annexione,
quam illud habet bonis de directo do-
B b b
mipio

minio prædicti Prioratus Portus Marin. Nam hac in hypothesi hujusmodi assumptum ex sola præsumptione emergens, uti in jure fallax, & æquivocum ob possibilitem in contrarium, quod tale jufpatronatus licet annexum prædictis bonis possessis per Ecclesiam adhuc sit laicale, & sic non subjectum reservationibus Apostolicis, plenam constituere nequit probationem ejusdem reservationis ad effectum, ut in hoc possessorio judicio attendendus non sit ultimus status ita legitimè efformatus, & ratio est evidens, 28 quia cum istæ Commendæ in ordinibus militaribus, ut plurimum proveniant ex fundatione particularium, & laicorum assignantium propria bona patrimonialia in dætem Commendæ, reservato jurepatronatus sub legibus sibi benevisis, non repugnat equidem potuisse ipsos in illius fundatione, tam expressè, quam tacite, & virtualiter excludere reservationes Apostolicas, apponendo legem, quod quocumque tempore vacaret Beneficium, semper illius collatio fieret ad præsentationem possessoris Commendæ, ejusque bonorum, prout eis permisum esse sapienter respondere non hæsitavit Rota, & signanter in decis. 274. num. 17. & in Parmen. beneficij 28. Januarii 1701. §. Constatilita cum seqq. cor. Eminentiss. Scotto, & 16. Januarii 1702. §. Evidentiū cor. Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano, & 27. Junii 1703. per totam coram Reverendissimo Molines, in Gerunden. beneficij 12. Junii 1702. §. Responsum coram eodem, in Tarraconen beneficij 17. Aprilis 1712. §. Constatit cum seqq. cor. R.P.D. meo Lancetta, in Gerunden. eleemosynæ panis quoad jus nominandi super reservatis 26. Junii 1713. §. Ex triplici cum seqq. cor. Eminentissimo Scotto, & in Monasterien. Canoniciatus 19. Februarii 1714. §. Quod autem coram Reverendissimo Domino meo Ansaldo Decano.

29 Idque eo certius evadebat in hac facti specie ex animadversione illa, quod tam eti res perpendenda foret in judicio pectorio, adhuc exdem literæ Apostolicæ nequaquam exequendæ essent, quia si ob deficientiam fundationis, illiusque plenæ probationis, ut supra dictum est, dari minimè valet certa Sedes qualitati ejusdem beneficij, nullam aliam utique tutiorem

viam superesse ostenditur quam illam revertendi ad observantiam veluti in locum Instrumenti fundationis succedentem, ut ex ea dignosci queat qualitas præfati jufpatronatus, cum talis præsumatur fundationis lex, qualem subsecuta, ac diuturna observantia demonstravit, ut in puncto respondit Rot. coram Penia decis. 691. num. 7. in Florentina Canonicatus 8. Maii 1705. §. Etenim, & 12. Martii 1706. §. Et quamvis cor R.P.D. meo Lancetta, in Majoricen. benef. 9. Martii 1711. §. finali coram bon. mem. Cafarello, & Salernitana alimentorum 20. Junii 1712. §. Neque adversari coram Eminentissimo Scotto, & generaliter tradunt Card. de Luc. de jurepatr. disc. 60. num. 9. Tondut. quæst. benef. par. 3. cap. 157. num. 42. Modern. Roman. disc. 28. sub nu. 5. & disc. 53. num. 43. egregiè Modern. Aculan. decis. Florent. 45. num. 10. & Rot. coram Prio. decis. 40. nu. 4. in Firmana jufpatronatus 21. Aprilis 1704. coram bon. mem. Muto impress. penes eundem Modern. Aculan. decis. Florent. 45. §. 1. nu. 4. aliaque relat. in dicta Casertana beneficij 15. Junii 1716. §. Adeout coram Me.

30 Porro hæc undique militare videbatur adversus illius Ecclesiasticam qualitatem, assertamque reservationem, constabat enim plures extare status eamdem longævam observantiam convincentes, & revera ordine inverso procedendo ultra prædictum ultimum statum pro qualitate laicali à sententia Ordinarii in contradictrio Judicio canonizatum, & præcedentem statum anni 1670. in quo emanavit alia Ordinarii sententia pariter confirmans eamdem laicalem qualitatem, ac institutionem, decernens præsentato per Patronos non obstante vacatione beneficij in mense Januarii Sedi Apostolicæ reservato jam supra recensitum in §. Emergebat. Nedum valde qualificatus pro ea comprobanda existebat ille status anni 1659., in quo vacato tali beneficio de mense Aprilis similiter reservato, licet in prima instantia Ordinarius Compostellanus pronuntiasset per sententiam hoc idem beneficium esse Ecclesiasticum, ac Sedi Apostolicæ reservatum; Attamen in gradu appellationis formiter examinatis pluribus Testibus, Nunciatura Apostolica, seu ejus Delegatus anno 1663. eamdem

dem Ordinarii sententiam revocavit, expressè declarando hujusmodi beneficium non esse Ecclesiasticum, neque obnoxium reservationibus Apostolicis, ac insuper manutentionem concedendo iisdem possessoribus bonorum, ut in quasi possessione præsentandi existentibus *tutti i tempi, e mesi dell' anno &c.* cùm talis sententia uti prævio formalī vestium examine emanata in hac expressa quæstione, ejusdemque beneficij statu, & effectum sortita, atque etiam in judicatum transacta, neque in possessorio, minusque in petitorio impugnari queat, nisi obtenta commissione restitutionis in integrum, ut monet *Card. de Luca de jurepatr. disc. 22. nū. 7.* *Rota coram Zarat. decif. 2. num. 9. & 11. & 16. in Compostellana Parochialis 8. Junii 1696.* §. *Jusificatio autem coram Reverendissimo Molines, & 28. Nomembris ejusdem anni §. Quod autem coram Eminentissimo Priolo, in Pennen. beneficij super pertinencia 17. Martii 1710.* §. *Sed hic non suffit cum seqq. coram R. P. D. Aldrovanda aliisque congregatis in dicta Casertana beneficij 15. Junii 1716.* §. *Eoque firmius coram Me.*

31 Verum etiam gemini superaccendeant anteriores status annorum scilicet 1649., & 1617., ubi itidem pronuntiatum appetit beneficium esse de præsentatione laica, & Patronos existere in quasi possessione præsentandi in quocumque casu vacationis, qui sanè status etiam si non contineant tempus, quo vacasset beneficium, an scilicet in mense reservato, vel Ordinario, validè tamen eamdem observantiam concludunt, dum satis est, quod id declaratum legatur in prædicta re judicata anni 1663., & quidem pro fundamento ejusdem rei judicatae prædictos nempe possessores permanisse in quasi possessione præsentandi *in tutti i tempi, e mesi dell' anno*, ea ratione quod secus hoc comprobari nequisset, quoties verè antecedentes status non essent illi conformes, prout alias etiam de jure præsumitur, nisi plenè, & concludenter contrarium ostendatur, ut inquit *Rota in decif. 57. num. 9. par. 6. decif. 68. num. 19. & seq. par. 8. decif. 244. num. 19. par. 16. decif. 560. num. 22. par. 19. recent. in Brixiens. jurisdictionis 27. Junii 1710.* §. *Et Pars VI.*

quidem coram Reverendissimo Kaunitz Episcopo Labacen., in Salisburgen. Vicariae 31. Januarii 1714. §. *Nec in aliqua cor. R. P. D. meo Falconerio, & 4. Februarii 1715. §. Absque eo quod, coram R. P. D. meo Crispo.*

32 Quapropter cùm ex tot statibus ita viviliter firmatis à dispositione Testium, sententiis Ordinarii pro tempore, & maximè etiam ex re judicata de sui natura titulum fortiorē ipsamē centenaria, & immemorabili præferente, ut dixit *Rota in Burgen. juris visitandi de Bribiesca 22. Junii 1714.* §. *finali cor. R. P. D. meo Cerro, & 17. Junii ejusdem anni pariter §. finali coram Reverendissimo Domino meo Ansaldo Decano apertè probata remanet eadem observantia, & quidem centenaria non stante quod aliqui ex dictis Statibus respiciant beneficium Curatum, non autem illud simplex, de quo agitur ex illa ratione, quod cùm utrumque proveniat ab eodem fonte, & sit ejusdem naturæ, utpote utrumque annexum iisdem bonis emphiteuticis, observantia respectu unius suffragari debet pro altero ex animadversis per *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 10. num. 20. Posth. de manut. obser- vata. 73. num. 148. Modern. Roman. discept. Eccles. 28. num. 9. Adden. ad Gregor. decif. 557. nū. 8. & Rota coram Emerix jun. decif. 820. num. 7. in Majoricen. beneficij 11. Maji 1705.* §. *finali coram bon. mem. Muto impress. apud Modern. Asculan. decif. Florent. 33. S. 2. nū. 38. in Melevitana jurispatronatus 13. Januarii 1708.* §. *Neque obstat coram bon. mem. Omanna, & in Cremonen. beneficij 4. Februarii 1715. §. Et ubi etiam coram R. P. D. meo Cerro.* In necessarium consequens proinde emergit, quod hujusmodi centenaria observantia omnino attendenda sit ad effectum probandi non minus in judicio possessorio, quam in petitorio controversum beneficium subjectum non esse prædictis reservationibus, ut optimè probant *Modern. Roman. discept. Eccles. 27. num. 21. Adden. ad Gregor. decif. 184. num. 8. & Rota decif. 608. num. 6. par. 2. recent. & in Augu- stana Summae Custodie super secundis literis 21. Junii 1715.* §. *Non sufficiente coram R. P. D. meo Falconerio, cum centenaria dicatur completa etiam si deficiant aliquot anni, prout firmant *Card. de Luca de jurepatr. dist. 57. num. 33. Balducc. ad Ramon.***

Bbb 2 inob-

inobseruat. ad cons. 24. num. 53. & apud Modern. discept. Eccles. 23. num. 4.

34 Hæc autem omnia eo facilius procedere visa sunt in præsenti hypothesi non solum quia eidem observantiaæ affirmativæ præsentandi nimis, & obtinendi institutionem etiam in mensibus reservatis simul quoque juncta appetet observantiaæ centenaria, & ferè immemorabilis negativa, juxta quam ostenditur nullo umquam casu, seu vacatione in mense reservato. Sedem Apostolicam apposuisse manus super collatione talis beneficii ex capite reservationis, quando alias si verè illud fuisset Ecclesiasticum, & non obstitisset lex fundationis, inverisimile prorsus redditur, quod non adducerentur provisio-nes Apostolicæ, & quidem plures cum intrâ spatum centum annorum, & ultra evenisse censemur vacationes in mensibus reservatis ex præsumptione inducta per eamdem centenariam, præsupponendi videlicet omnes contigisse casus possibiles easdem vacationes comprobantes ex ponderatis per Rot. decis. 661. nu. 15. par. 19. recent. in dicta Parmen. beneficii 16. Januarii 1702. § finali coram Reverendissimo Domino meo Ansaldo Decano in dicta Tarraconen. beneficii 11. Aprilis 1712. §. Cæterum coram R.P.D. meo Lancetta, in dicta Gerunden. eleemosynæ panis super reservatis 26. Junii 1713. §. Et demum cor. Eminentissimo Scotto, & dicta Monasterien. Canonicatus 19. Februarii 1714. §. Prædictam coram Reverendissimo Domino meo Ansaldo Decano, & optimè in dicta Augustana Summa Cufodia super secundis literis 21. Junii 1715. §. Altera cor. R.P.D. meo Falconerio. Sed etiam quia in hujusmodi Apostolicis gratiis alioquin impetratis ad irritas faciendas collationes beneficiorum emissas ab Ordinariis ad præsentationem Patronorum, suaque etiam pacifica possessione spoliandos eorumdem Ordinariorum prævisos tanquam odiosis, ut inquit Lotter. de re benefic. quæst. 44. num. 2. & per tot. semper rigidè expendenda sunt probations ad illas justificandas per impre-
35 reservatio propter qualitatem Ecclesiasticam, vel Laicalem jurispatronatus, adeout ubicumque per impretratorem non probatur, ut in casu asserta reservatio,

liquidis undique, ac validis probationibus, prout requiritur, satis est, quod ea reddatur turbida ad effectum, ut ille repellendus sit, suæque provisionis execu-tio impediatur, quemadmodum adver-tunt Hostien. in cap. Cùm in multis num. 4. versic. providè de rescript. in 6. & idem Lotter. de benefic. lib. 2. quæst. 45. num. 42. & in his expressis terminis respondit Rot. decis. 44. num. 23. coram Duran. decis. 769. nu. 3. vers. quæ omnia in recent. decis. 327. num. 2. par. 15. in Parmen. beneficii coram Eminentissimo Scotto, apud Modern. Roman. discept. Eccles. 25. num. 40. & discept. 27. nu. 63. & seq. in Cremonen. beneficii 3. Decembris 1706. §. Præmisso enim cor. R.P.D. meo Lancetta, in dicta Tarraconen. beneficii 11. Aprilis 1712. §. Confitto coram eo-dem, optimè in Vicen. beneficii 17. Februario 1713. §. Ex quibus coram R.P.D. Aldrovando in Augustana Canonicatus super literis Ludovici 6. Martii 1713. §. Pluribus coram R.P.D. meo Crispo, in dicta Augustana Summa Cufodia super secundis literis 21. Junii 1715. §. Moti, & 15. Martii 1716. §. Firmum namque, & §. finali cor. R.P.D. meo Falconerio.

Et ita utraque parte fortiter informante resolutum fuit &c.

ARGUMENTUM.

Beneficium de Jurepatronatus Laicali, aut mixto vacans in mense reservato non cadit sub reservationibus Apostolicis; Quid si Juspatronatus mixtum sit divisum per Turnum, & Beneficium vacet in Turno Patroni Ecclesiastici.

S U M M A R I U M.

- 1 Reservationes Apostolicæ non afficiunt beneficia jurispatronatus Laicalis, aut mixti; & quare? Vide ibi.
- 2 Diviso jurepatronatus mixto per Turnum si beneficium vacet in Turno Patroni Ecclesiastici, & in mense reservato, est reservationibus Apostolicis subiectum.

CA.

CASUS II.

Fundavit de propriis bonis quidam Fundator beneficium cum reservatione jurispatronatus activi pro una voce favore eorum de propria Familia, & pro altera voce favore Præpositi Cathedralis A, præcepitque præsentationes fieri alternatim, & per turnum, ita ut in prima vacante præsentarent illi de Familia; in secunda verò præsentare deberet Præpositus. Vacato beneficio mense Februarii, & in turno spectante ad Præpositum, iste præsentavit ad illud quemdam Clericum habilem, & idoneum; è contra alter Clericus impetravit idem beneficium à Sede Apostolica tamquam vacans in mense reservato; Quæritur in hoc casu an hujusmodi beneficium sit Sanctæ Sedi reservatum?

Videtur negativè respondendum agitur enim de jurepatronatus laicali, aut saltè mixto, cùm beneficium fuerit erectum, & fundatum de bonis laicalibus, & juspatronatus reservatum personis tam laicis, quām Ecclesiasticis, nimirum pro una voce favore illorum de Familia, & pro altera voce favore Præpositi, unde S. Sedi nequit esse reservatum, sed quocumque mense vacet, est ab Ordinario providendum ad præsentationem Præpositi, vel eorum de Familia, cùm reservationes Apostolicæ non afficiant beneficia jurispatronatus laicalis, aut mixti, & quidem optima ratione, quia cùm per eas adeptum remaneat Patronis exercitium facultatis præsentandi, ad quam à Fundatoribus vocati fuerant, hinc nè laici retrahantur à fundatione, constructione, & dotatione Ecclesiærum, aut beneficiorum, Summus Pontifex non intelligit in hoc Canone comprehendere beneficia jurispatronatus laicalis, aut mixti, quod competit laicis titulo onero. *Gloss. in cap. 2. verb. Collatio de præb. in 6. ibi* Unde sèpius reperitur receptum in Curia Papam per hoc non conferre beneficia, quæ pertinent ad præsentationem laicorum *Alexand. conf. 75. num. 1. volum. 4. Gemin. in cap. unic. in fin. de jurepat. in 6. Rocch. de curt. de jurepat. verb. Honorificum quæst. 4. nu. 22. & seq. & quæst. 24. nu. 54. Lambertin. eod. tract.*

lib. 2. par. 1. quæst. 9. art. 22. & par. 30. lib. 2. quæst. 9. art. 9. Gonzal. hic gloss. 18. nu. 1. & seqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 571. & seq. Rot. decis. 589. num. 2. coram Pamphil, & decis. 1263. per tot. coram Seraph. & in Parmen. beneficij 28. Januarii 1701. §. Et binc coram Eminentissimo Scotto, & in Monasterien. Vicariæ 12. Martii 1706. §. Minusque coram R. P. D. Omanna, & in Cremonen. beneficij 14. Maji 1706. §. Absque eo, quod coram R. P. D. Kaunitz, & in Monasterien. beneficij 30. Januarii 1713. §. Minimè coram R. P. D. Aldrovando, & in Monasterien. Canonicus 19. Februarii 1714. §. Quod autem coram R. P. D. Ansaldo, & in Vicens. beneficij 17. Febr. 1713. §. E converso cor. R. P. D. Aldrovando, & 19. Junii 1716. §. Prætermisso coram R. P. D. Rovault de Gamaches.

At hoc non obstante censeo in præsentiarium præfatum beneficium esse reservatum; cùm vacaverit mense Februarii, ex dispositione hujus *Canonis* S. Sedi reservato; adeò ut validè illud potuerit impetrari à Dataria Apostolica per supradictum Clericum.

2 Quin ulla tenus aduersetur, quod ipsum beneficium sit de jurepatronatus laicali, aut mixto; quoniam quamvis beneficia jurispatronatus hujus naturæ, & qualitatis regulariter non comprehendantur sub reservationibus Apostolicis juxta auctoritates superius relatas, tamen cùm infundatione jus præsentandi fuerit divisum per turnum inter Patronos laicos, & Ecclesiasticos, videlicet inter eos de Familia Fundatoris, & Præpositum, & vacatio contigerit in turno Patroni Ecclesiastici, scilicet Præpositi, Usus, seu exercitium præsentandi in hoc turno dicitur spectare ad Ecclesiam, & juspatronatus in tali turno consideratur tanquam merè Ecclesiasticum, & consequenter cadit sub reservationibus Apostolicis. *Joan. Andr. in cap. Cùm in illis §. final. de Preben. in 6. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 614. & seq. Vivian. de jurepat. par. 1. lib. 1. cap. 3. nu. 18. Rot. decis. 362. nu. 11. & decis. 383. num. 15 coram Priolo, & in Aprutina Beneficij 19. Junii 1705. §. Visum enim coram Eminentissimo Scotto. Quæ opinio hodie prævaluit contra Lotterium ut notavi superius Par. IV. Can. II. Cas. V. n. 4. Licet con-*

contraria verior, & probabilior in theo-
rica mihi videatur.

ARGUMENTUM.

Beneficium quando dicatur esse de Jurepa-
tronatus Ecclesiastico, aut Laicali.

SUMMARIUM.

- 1 *Qualitas jurispatronatus quoad ejus Ecclesiasticitatem, aut laicalitatem di-
gnoscitur ex bonis, quibus beneficium sit
fundatum: & ex personis, quibus juspa-
tronatus sit reservatum; ut num. 2.*
- 3 *Juspatronatus relictum Custodibus & Gu-
bernatoribus Confraternitatis laicalis,
est laicale; & num. 15.*
- 4 *Relictum verò Custodibus, & Gubernato-
ribus Confraternitatis Ecclesiasticae est
Ecclesiasticum; licet iisdem Gubernatores
sint laici, & quare? Vide num. 5. & 12.*
- 6 *Juspatronatus relictum Capitulo compo-
sto ex Canonicis, & Canonissis est Eccle-
siasticum.*
- 7 *Idem est, si sit relictum operariis alicujus
Ecclesiae licet laicis; aut aliis Personis
laicis ratione administrationis Ecclesi-
asticae.*
- 8 *Idoneitas Provisi Apostolici præsumitur
probata, quando agitur de literis expe-
ditis in forma gratioſa.*
- 9 *Papa solet derogare Jurispatronatus Ec-
clesiastico, non verò laicali, nisi de eo fiat
specialis mentio.*
- 10 *Qualitas Ecclesiastica, aut laicalis Juris-
patronatus dignoscitur ex bonis, quibus
beneficium sit fundatum.*
- 11 *Juspatronatus ab initio laicale, si trans-
eat ad personas Ecclesiasticas, est Eccle-
siasticum.*
- 13 *Juspatronatus relictum Administratori-
bus bonorum Ecclesiae præsumitur reli-
ctum in iuitu Ecclesiae. Amplia ut nu. 14.*

CASUS III.

Cum in mense reservato vacasset be-
neficium de jurepatronatus à Fun-
datore relichto favore Gubernatorum, &
Officialium cuiusdam Confraternitatis
auctoritate Ordinarii erectæ; quidam
Clericus existimans idem beneficium esse
jurispatronatus Ecclesiastici, illud impe-

travit à Dataria Apostolica; Quæritur
proindè an reverè dictum beneficium sit
jurispatronatus Ecclesiastici; ita ut value-
rit impetrari tamquam reservatum.

Suadent negativam resolutionem hu-
jus dubii tum qualitas bonorum, quibus
beneficium hoc fuit erectum, tum qual-
itas personarum, quibus juspatronatus
fuit reservatum; Respiciendo quidem ad
bona, quibus beneficium fuit erectum, &
fundatum ista fuere merè laicalia, & pa-
trimonialia ipsius Fundatoris; & conse-
quenter juspatronatus dicitur laicale;
cùm qualitas jurispatronatus quoad ejus
laicalitatem, vel Ecclesiasticitatem ad
effectum judicandi an intrent nec nè re-
servationes Apostolicae dependeat à qua-
litate bonorum, quibus beneficium sit
fundatum, aut dotatum; etenim si bene-
ficium sit dotatum de bonis Ecclesiasticis,
juspatronatus est Ecclesiasticum, & reser-
vari non potest favore laicorum, si verò
sit dotatum de bonis laicibus, est laica-
le, ad tradita per *Letter de re benef. lib. 2.*
quaest. 10. num. 2. Vivian. de jurepat. par. 1.
cap. 3. num. 11. Card. de Luc. eodem tract.
disc. 59. num. 1. Rot. in Parmen. beneficij
28. Januarii 1701. §. Reservatio coram
Eminentissimo Scotto, & in Vicen. beneficij
*17. Februarii 1713. §. Tantoque magis co-
ram R.P.D. Aldrovando.*

2 *Inspiciendo verò personas, quibus
istud juspatronatus fuit reservatum illæ
sunt persona laicæ, dum Gubernatores,
& Officiales dictæ Confraternitatis sunt
laici, adeoque juspatronatus etiam ex
hoc capite erit laicale, quoniam pro sta-
tuenda natura juspatronatus laicalis,
seu Ecclesiastici non solum attenditur,
ex cuius bonis fiat erectio, sed principa-
liter spectatur qualitas personæ, & qui-
dem essentialis, non verò accidentalis,
penè quam illud residet, ut notavi
*Par. I. in Apparatum. 8. nam si sit laica,
vel Ecclesiastica, tale etiam dijudicari
debet ipsum juspatronatus, juxta Vivian.*
de jurepatr. lib. 1. cap. 2. num. 9. Card. de
*Luc. eod. tract. disc. 59. num. 13. Rot. de-
cisi. 103. num. 2. & decisi. 48. num. 8. & de-
cisi. 560. num. 5. par. 18. rec. & in Aprutina*
beneficij 19. Junii 1705. §. Etiam si coram
*Eminentissimo Scotto, & in Astoricen. bene-
ficij 21. Januarii 1715. §. Atque ex his co-
ram R. P. D. Cerro.**

Quin

3. *Quin ostendere posse videatur, quod agatur de jurepatronatus reservato Gubernatoribus, & Officialibus Confraternitatis Ecclesiasticæ, quia plures S. Rot. desinivit jupatronatus relicum Custodibus, & Gubernatoribus Confraternitatum esse laicale, ut in decis. 130. num. 1. coram Duran. ibi = Et fuit resolutum jupatronatus esse laicale; Ratio resolutionis fuit, quia dicta Confraternitas est Confraternitas laicorum, & Confratres non induuntur, aut distinguuntur aliquo signo Religionis, & beneficium fuit à laico fundatum, ac de bonis prophanis, cuius propterea jupatronatus, juxta magis communem, & receptam opinionem, est laicale = Et decis. 661. nu. 4. par. 19. rec. tom. 2. ibi = In hisce enim terminis spectatur qualitas laicalis personarum componentium dictam Confraternitatem, & juxta eamdem qualitatem, etiam jupatronatus induere, & retinere dicitur naturam laicalem =*

4. *At his minimè attentis censeo hujusmodi beneficium esse jurispatronatus Ecclesiastici, & consequenter reservationibus Apostolicis subjectum; Etenim fuit reservatum à Fundatore jupatronatus Gubernatoribus, seu Custodibus, & Officialibus Confraternitatis Ecclesiasticæ, utpote auctoritate Ordinarii erectæ, ac proinde assumpsit naturam, & qualitatem Ecclesiasticam, ad Text. in cap. unic. de jurepatr. in 6. de quo supra Par. III. Can. unic. Rot. decis. 661. num. 5. vers. Distinguendum est par. 19. rec. & in Monasterien. Vicarie 12. Martii 1706. §. Indeque coram R.P.D. Omanna, & in Ortonen. beneficij 10. Junii 1709. §. Præterea coram R.P.D. Polignac., & in Hildesimen. Canonicatus 16. Martii 1716. §. final. coram R.P.D. Crispo, inferius legen.*

5. *Absque eo, quod quidquam officiat, quod Gubernatores, & Officialis prædicti sint personæ laicæ; quia cùm ipsi sint addicti servitio Confraternitatis Ecclesiasticæ, & repræsentant Confraternitatem Ecclesiasticam, in reservatione jurispatronatus, hoc non censetur eis relictum uti laicis, sed uti repræsentantibus cœtum, seu opus pium, & Ecclesiasticum, quod sufficit, ut jupatronatus verè Ecclesiasticum dici debeat, ex adductis in dicta Hildesimen. Canonicatus §. Nihil adversante, hic impressa. Ex qua ra-*

tione videmus, quod jupatronatus relictum Capitulo composito ex Canonicis, & Canonissis, istæ licet sint personæ laicæ, tamen jupatronatus est Ecclesiasticum, ut fuit resolutum à S. Rota in Monasterien. Vicarie 12. Martii 1706. §. Enim verò cum seqq. cor. R.P.D. Omanna. Idem fuit resolutum in jurepatronatus reservato Operariis alicujus Ecclesiæ licet laicis in Barchinonen. beneficij 12. Junii 1686. coram clar. mem. Card. Matth. & in Monasterien. Canonicatus 19. Februarii 1714. cor. R.P.D. Ansaldo superius impress. Cas. I. num. 16. Ac in jurepatronatus relicto quibusdam Capitaneis Poloniæ, quamvis merè laicis ratione administrationis bonorum Ecclesiasticorum, in Cracovien. Cantoria 25. Januarii 1700. cor. R.P.D. Lancetta, & 11. Martii, & 6. Junii 1701. coram bo. me. Eminentis. Caprara. Et denique in jurepatronatus reservato Mamburnis cuiusdam Ecclesiæ Dioecesis Leodien., quamvis merè laicis, ratione ministerii, & superintendentiæ, quam ipsi habere debent supellectilibus sacris, & introitibus ejusdem Ecclesiæ in Leodien. beneficij 26. Februarii 1706. coram Eminentissimo Priolo.

Nec contrariantur decisiones superius in contrarium relatæ num. 3. quia illæ loquuntur de Confraternitate merè laicali; non verò de Confraternitate Ecclesiastica, prout est hæc, de qua agitur.

R. P. D. C R I S P O

Hildesimen. Canonicatus.

Luna 16. Martii 1716.

IN Ecclesia S. Mariæ Magdalena in Cartallo ex pia largitate Conolphi Ecclesiæ Cathedralis Hildesimen. perpetui Vicarii auctis tam dotibus quinque, Canonicatum jam ibi existentium, & ad liberam Episcopi collationem spectantium, quām aliis tribus *ex bonis*, & *eleemosynis* sibi à Deo collatis denuo fundatis, Episcopus Hildesimen. accidente etiam Auctoritate Apostolica, ac sui Capituli consensu, jupatronatus dd. singulorum Canonicatum primo ad favorem ipsius Conolphi Fundatoris reservavit; postmodum vero jus nominandi attribuit laicis

cis equè, ac Clericis ab ipso tamen Episcopo, & Canonicis ad officium Advocatorum, seu administrationem bonorum ejusdem Capituli pro tempore assumentis, qui ad Canonicatus præfatos juxta ordinem in dicta reservatione jurispatronatus præscriptum per Turnum præsentarent.

Per liberam resignationem alterius ex his Canonicatibus à Conulpho fundatis Ignatius Schmid à S. Sede de illo in forma gratioſa provideri obtinuit, cuius provisionis vigore mediante Decreto Exequitoris de partibus, Canonicatus etiam possessionem fuit adeptus; Verum quia Deputatus in Advocatum novæ Civitatis Hildesheimen, tamquam unus ex Patronis, ad quos fuerat juspatronatus reservatum, Canonicatum in suo turno vacasse contendebat, ad eumque præsentaverat filium suum, indè ad Signaturam Justitiæ una cum aliis Compatronis confugit, appellationem nedum à literarum Apostolicarum demandata exequitione expostulando, quam etiam subsequitæ possessionis circumscriptionem, & in omnibus voti compotes Patroni prædicti effecti extiterunt. Unde Rotæ judicio literarum Apostolicarum exequitione delegata curavit in hac audience Provisus Apostolicus, ut dubium commissioni conforme discuteretur, & Patronis, qui in Signatura Justitiæ commissionem reportarunt minimè comparentibus, pro literis Apostolicis ipsius Ignatii favorable rescriptum emanavit *Non intrare arbitrium pro retardatione.*

8 Pro exequendis literis Apostolicis Ignatii omnino urgebat, quod illæ in omnibus plenè justificatæ dicebantur, namque ipsius idoneitas, cum agatur de literis expeditis in forma gratioſa in Dataria, jam probata præsumebatur Rot. coram Merlin. decis. 141. num. 11. in recent. decis. 160. num. 4. par. 15. in Abulen. Capellania 28. Junii 1715. §. 2 coram R. P. D. meo Ansaldo, & nuper in Monasterien Canonicatus 22. Januarii 1716. §. Quantum coram R. P. D. meo Lancetta. Expressio vero valoris facta per non excessum in vigintiquatuor ducatis ulteriori justificatione non indigebat, dum in Canonicatibus Germaniæ juxta concordata valor ita exprimi assolet, de quo *Card. de Luc.*

de benef. disc. 90. num. 15. Rot. decis. 69. nu. 3. par. 12. in Monasterien. Canonicatus 28. Junii 1709. §. Literæ Siquidem coram Me, & in Monasterien. Vicaria 3. Aprilis 1713. sub §. Illæ enim coram R. P. D. meo Lancetta. Quoties autem literæ plenè justificatæ docentur, illarum utique exequutio retardari non debet, *vulgar. cap. si Capitulo de concess. Præbend. & cap. ex literis de rescript. Rot. decis. 150. num. 1. & seqq. par. 17. cor. Emerix jun. decis. 1176. num. 1. in Aurrana beneficii super exequitione literarum Apostolicarum 16. Junii 1710. §. Quod autem coram Eminentissimo Priolo, & in Compostellana Praestmonii 3. Martii 1713. §. Cùm etenim coram Eminentissimo Scotto.*

Unica quodammodo exceptio pro retardanda exequitione prædicta in eo poterat residere, quod in literis Apostolicis vigore resignationis expeditis nullamentio facta fuerit jurispatronatus favore Advocatorum Capituli reservati; Unde hoc attento merito vereri videbatur gratiam Apostolicam Patronorum jus tollere neutiquam valere ex firmatis *in Vicen. Beneficii 17. Februario 1713. §. E. converso, & seqq. cor. R. P. D. Aldrovando, & in Monasterien. Canonicatus 19. Februario 1714. §. Quod autem cor. R. P. D. meo Ansaldo; Verum hæc fortasse urgerent, quatenus ageretur de jurepatronatus laicali, & laicis personis reservato, juxta proximè deductas Auctoritates, sed cùm versemur in jurepatronatus Ecclesiastico, eo ipso quod Papa Canonicatum Ignatio contulit, juripatronatus derogasse dicitur, ad differentiam alterius Patronatus laicalis, quod ad sui derogationem expressam declarationem requirit, ut benè distinguunt *Vasquez in opusc. de benefic. cap. 2. §. 1. dubit. 8., Covarruv. præt. quæst. cap. 36. num. 2. & seqq. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 18. num. 5. 6. & 7. Lambertin. de jurepatr. lib. 3. quæst. 10. num. 29. Murg. de benef. quæst. 3. num. 24. Rot. in Cracovien. Cantoriæ 25. Januarii 1700. §. Quamvis cor. R. P. D. meo Lancetta.**

10 Quod autem præsens juspatronatus Ecclesiasticam naturam sortiatur ipsius reservationis Diploma manifestum postmodum reddit, in eo, namque exprimitur, quod in Collegiata Ecclesia Sanctæ Mariæ Magda-

Magdalenæ Canoniciatibus numero quinque existentibus, & ad provisionem Episcopi spectantibus Conulphus piissimus Fundator approbante Episcopo, & Capitulo Cathedrali, & auctorante ipsomet Summo Pontifice, postquam pinguioribus redditibus illos augere curaverit præter antiquos alios tres de novo ex integro fundaverit: Cùm igitur ex hoc pateat jurispatronatus fundationem provenire tam à Persona in dignitate Ecclesiastica constituta, quām ex bonis Ecclesiæ, seu elemosynis, cum alia præter illa Fundatorem possedisse non constet; in hoc planè casu juspatronatus Ecclesiasticam qualitatem imbibitam habere dicitur, tum habito respectu ad Fundatoris Personatum, ad bona, quemadmodum pro arguenda qualitate jurispatronatus Ecclesiastici ad effectum sustinendi provisionem Papæ considerant Text. in Clement. 2. ibique gloss. in verb. præsentare de jurepatronat. Abb. conf. 57. sub num. 5. ad fin. ver. sc. autem patronatus lib. 1. Murg. de benef. qu. 3. sect. 2. nu. 23. Gonzal. loc. cit. num. 5. Corrad. in praxi benefic. lib. 4. cap. 2. num. 45. & 84. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. nu. 593. Rubeus de Testam. cap. 56. num. 75. & seqq. Tondut. quæst. & resol. beneficial. cap. 153. nu. 6. lib. 2. Rot. in Parmen. Beneficii 1. Martii 1700. §. Neque ob hanc ver. inde præterea & 28. Januarii 1701. §. Reservatio coram Eminentissimo Scotto, in Cracovien. Cantoriæ 11. Martii 1711. §. Quoties coram clar. mem. Card. Capra- ra, & in Vicen. Beneficii 17. Februarii 1713. §. Tantoque magis coram R. P. D. Aldrovando.

Sed ab his etiam præcisisè hoc juspatronatus Ecclesiasticam qualitatem induere comprobatur, ex quo exercitium jurispræsentandi post ipsum Fundatorem, qui erat Ecclesiasticus, reservatum legitur Advocatis, seu Administratoribus bonorum Ecclesiæ Collegiatæ ab Episcopo, & Capitulo ad hujusmodi munus assumendis, qui ratione officii, cùm Ecclesiastici reputentur; hinc etiam si juspatronatus ab initio laicale haberetur, adhuc novam, & diversam naturam Ecclesiasticitatis juxta Patronorum Personas acquisivisset priorem laicalem quidditatem penitus deserendo, ut benè in terminis Vianian de jurepatr. lib. 1. cap. 3. nu. 13. Lam-

Pars VI.

bert. eodem tract. lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 10. num. 6 & 7. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 4. num. 39. Murg. de benefic. quæst. 3. nu. 22. Rot. in Monasterien. Vicariæ 12. Martii 1706. §. Nec qualitas coram bon. mem. Omanna, in Tarraconen. Cappellaniæ 17. Januarii 1707. §. Tantoque magis coram R.P.D. meo Lancetta, & in Monasterien. Canonicatus 19. Februarii 1714. §. Admittebatur coram R. P. D. Ansaldo.

Nihil adversante, quod dd. Advocati, 12 seu Administratores non sint Personæ Ecclesiasticæ, sed quidem pro majori eorum parte laici, nam ad effectum, ut juspatronatus ob Personas præsentare debentes qualitatem Ecclesiasticam impresum dicatur habere, non attenditur laicitalitas ipsorum Patronorum, sed locus Pius, & Ecclesiasticus, quem dd. laici repræsentant; Unde, cùm Administratores, seu Advocati bonorum Ecclesiæ, & Capituli Collegiatæ S. Mariæ Magdalenæ administrationem rei Ecclesiasticæ retineant, & ab ipso Capitulo, & Episcopo sint deputati, & quibus ob eam causam subjiciuntur non ipsis uti Personis particularibus, & laicis jurispatronatus per Fundatorem reservatum præsumitur, sed ipsis cœtui, seu operi pio, & Ecclesiastico, cui dd. laici præficiuntur, & hoc satis esse videtur, ut juspatronatus verè Ecclesiasticum debeat considerari, ut in individualibus terminis jurispatronatus laicis reliqui, qui sint Administratores bonorum Ecclesiæ, seu illius Operarii Gambar. de offic. & post. legat. lib. 3. nu. 66. 390. & 415. Rebuff. in prax. benef. tit. de presentat. & In- fit. num. 6. & 10. fol. 23. Garzias de benef. par. 5. cap. 1. num. 600. & seqq. Viuian. de jurepatr. lib. 1. cap. 3. num. 13. Ricciull. lucubr. Eccles. lib. 4. cap. 13. nu. 4. Lamber- tin. de jurepatr. lib. 1. par. 1. qu. 1. art. 10. num 6. & 7. Corrad. in prax. benef. lib. 4. cap. 2. num. 51. Rot. in Cracovien. Cantoriæ 25. Januarii 1700. §. Verum etiam coram R. P. D. Lancetta, & 11. Martii 1701. §. Tum quia coram clar. mem. Card. Capra- ra, in Leodien. Beneficii 26. Februarii 1706. §. Sed procedendo coram Eminentiss. Priolo, & 29. Novembris 1706. §. Non attento coram bon. mem. Omanna, & in Tarraconen. Cappellaniæ 17. Januarii 1707. §. Non attento coram R. P. D. meo Lancetta, & ad-

Ccc

missum

missum fuit in d. Monasterien. Canonicatus 19. Februarii 1714. §. Admittebatur coram R.P.D. meo Ansaldo.

13. Et nulla profectò adesse potest hæsita-
tio, quod Advocati, & Administratores
bonorum Ecclesiæ non uti Personæ merè
laicæ fuerint à Fundatore consideratæ,
nec tales valeant in se dijudicari veluti,
quia sint ad solum, & nudum ministerium
revidendi computa Ecclesiæ, & admini-
strandi bona Præpositi, quod cuicunque
Personæ privatæ, & laico potest commit-
ti. Quoties enim munus istorum Admini-
stratorum rei sacræ inhæret, & servitium
qualecumque sit ipsi Ecclesiæ præstatur,
juspatronatus eisdem Administratoribus
non alio impulsu, & sine reservatum cen-
setur, quām intuitu Ecclesiæ, cuius sunt
Advocati, & Ministri, non autem intuitu
ipsarum particularium Personarum,
cūm officia in Personis, non autem Per-
sonæ in officiis contemplata dicantur *Cor-
rad. in prix. beneficiar. d. lib.4. cap.2. Rot.
in Barchionen. Beneficii 16 Januarii 1688.*
§. Non enim coram Cardinali Matthejo, in
Leodien Beneficii 26. Februarii 1706. §. Ne-
que obstat, & seq. cor. Eminentiss. Priolo,
& 29. Novembrits ejusd. anni 1706. §. Non
attento cor. bo. me. Omanna.

14. Præsertim quia verisimile non est Fun-
datorem intuitu Personarum juspatrona-
tus his laicis voluisse reservare, quando
Personæ prædictæ præsentare debentes
ipsi Fundatori incognitæ reddebantur,
cūm de die in diem mutari valerent, ut
ad hunc effectum in puncto observat *Rot.
in Leodien. Beneficii 25. Februarii 1707.*
§. *Quin ad eliciendum cor. bo. me. Omanna;*
Animadverso ulterius, quod sicuti cūm
ab Episcopo, & Capitulo Ministri bonorū
Ecclesiæ deputantur, hinc attenta qua-
litate, & dignitate Ecclesiastica residen-

te in Personis à quibus dicti Ministri eo-
rum officium recognoscunt, & acquirunt,
eo magis non ipsis laicis, sed Ecclesiæ,
cujus administrationem retinent juspatro-
natus censetur reservatum, ut ad rem fuit
animadversum *in Cracovien Cantoria 11.
Martii 1701. §. Tum quia, & 6. Junii ejus-
dem anni, §. Respectu cor. clar. mem. Card.
Caprara.*

15. Hæc utique opinio pro qualitate Ec-
clesiastica jurispatronatus à Doctoribus,
& Rota in singulis casuum occurrentiis
constanter amplexa interverti in aliquo
non valebit, ex eo quod circa jurispatro-
natus relictum Operarii, seu Custodibus
Confraternitatum pro qualitate laicali
aliquando Rota responderit, *ut coram
Duran. decis. 130. coram Card. Cerro de-
cis. 722. in recent. decis. 661. par. 19.* Quo-
niam decisiones præfatæ, & quotquot
aliz possent allegari procedere fortasse
poterunt, ubi agitur de jurepatronatus
reservato favore Operariorum, & Custo-
dum Confraternitatis laicalis auctoritate
Episcopi non eretæ, quo casu adesse di-
citur defectum essentia Ecclesiasticitatis
in officio, cui Operarii, & Custodes præ-
fati incumbunt, prout in hoc themate lo-
quuntur Decisiones enunciatae; Cūm de-
cætero quoties res est de administratione
corporis, & bonorum Ecclesiasticorum
cujus ratione Administratoribus compe-
tit jus præsentandi; hoc casu juspatrona-
tus semper Ecclesiasticum fuit reputa-
tum, ut præfatas auctoritates declaran-
do solidè statuit *Rot. in d. Cracovien. Can-
toria 6. Junii 1701. §. Respectu verò coram
clar. mem. Card. Caprara, & in Leodien.
Beneficii 26. Februarii 1706. §. Decisiones
autem coram Eminentissimo Priolo.*

Et ita altera tantum &c.

CANON XXIV.

CLEMENTS XI. Regula 36, Cancellariae,

ITem statuit, & ordinavit idem D. N., quod si quis quæ- Ann. 1700.
 cumque Beneficia Ecclesiastica qualiacumque sint, abs-
 que simoniaco ingressu, ex quovis titulo, Apostolicâ, vel
 Ordinaria collatione, aut electione, & electionis hujusmo-
 di confirmatione, seu præsentatione, & institutione illo-
 rum, ad quos Beneficiorum hujusmodi collatio, provisio,
 electio, & præsentatio, seu quævis alia dispositio pertinet,
 per triennium pacificè possederit (dummodo in Beneficiis
 ejusmodi, si dispositioni Apostolicæ ex reservatione in ge-
 nerali corpore Juris clausa reservata fuerint, se non intru-
 serit) super eisdem Beneficiis taliter possessis molestari
 nequeat, nec non impetrations quaslibet de Beneficiis
 ipsis sic possessis factas, irritas, & inanes censeri debere,
 decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extin-
 guendo.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone ista deducitur conclusio.

POSSIDENS PACIFICE BENEFICIUM PATRONALE PER TRIENNIA AD PRÆSENTATIONEM ILLIUS, AD QUEM SPE-
 CTAT JUSPATRONATUS, NEQUIT SUPER EODEM BENEFICIO TALITER POSSESSO MOLESTARI, DUMMODO NON
 HABUERIT INGRESSUM SIMONIACUM, AUT EX TITULO RESERVATIONIS IN CORPORE IURIS CLAU-
 SO =
 Quam conclusionem sequuntur etiam Gomes super Regula de Triennal. in præfat. & qu. 9.
 Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 53. num. 1. Cassador. decis. 5. num. 5. de reßit. spoliat.
 Card. de Luc. de benef. disc. 91. num. 1. & seq. Rot. decis. 280. num. 1. & seq. cor. Buratt.,
 & decis. 171. num. 1. & seq. coram Bich. & decis. 392. num. 10. & seq. coram Celfo, & de-
 cis. 327. num. 4. coram Cervo, & decis. 609. num. 5. par. 18. & decis. 423. num. 17. & seqq.
 par. 19. rec. & in Conchen. Præstimonii 17. Januarii 1701. §. Verum, & §. Non relevante
 coram Eminenissimo Priolo, & in Treviren. Canonicatus 6. Martii 1716. §. Ipsi siquidem
 cor. R.P.D. Crispo.

1 Per hunc Canonem ex Decreto Concilii Basiliens. desumptum, ut testantur Gomes hic in
 præfat. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 53. num. 2. liberat Summus Pontifex triennalem
 possessorem beneficii sive liberi, sive patronalis à quibuscumque molestiis eorum,
 qui tanto temporis spatio jus suum petere neglexerunt, dummodo ingressus in benefi-
 cium non fuerit simoniacus, aut hoc non fuerit reservatum S. Sedi ex generali reserva-
 tione in corpore juris clausa. Statuit autem in tenuendo hujusmodi possessore triennium,
 quia cum veteres Legislatores in actibus judicialibus, & extra judicialibus multum
 huic numero ternario tribuerint, ut pluribus legum exemplis ostendere conatur idem

Pars VI.

Ccc 2

Gomes

Gomes hic quæst. 1., Papa ad horum immitationem potius triennium, quām aliud tempus præfixit.
Quoad hanc conclusionem sequens examinatur Casus.

ARGUMENTUM.

Institutus ab Ordinario in Beneficio patronali vacato per obitum Familiaris Cardinalis, & illud pacificè possidens per triennium, an successivè molestari possit, & beneficium impetrari, si appareat ingressum in illud suisse simoniacum, simonia commissa à Patre Instituti, seu Beneficiati, hoc penitus ignorante.

SUMMARIUM.

- 1 Regula Triennalis suffragari non potest possidenti beneficium ex titulo ingressus simoniaci; Limita, ut num. 11. neque si beneficium sit reservatum. Limita, ut num 12.
- 2 Enumerantur requista ad hoc ut Regula de Triennali locum habeat, & num. 3. 4. 7. & 8.
- 3 Interruptio possessionis Triennalis se habuit originem à lite judiciali, durat non obstante quocumque collitigantis silentio, si verò procedat à molestiis, iis cessantibus, cessat & ipsa interruptio.
- 6 Lis si fuerit introducta post annalem possessionem an impedit eursum triennalis possessionis.
- 7 Regula de Triennali non intrat in beneficiis unitis.
- 9 Regula de Triennali locum non habet contra incompatibilitatem beneficiorum induciam à Concilio.
- 10 Regula de Triennali tueretur Possessorem in judicio tam petitorio, quām possessorio.

CASUS UNICUS.

Vacato Beneficio Patronali A extra Curiam per obitum Familiaris cuiusdam Cardinalis; quidam obtinuit præsentari à Patrono proprium Filium, mediante pecunia, id eo penitus ignorante; qui fuit institutus ab Ordinario; & beneficium pacificè possedit per triennium; Quæritur an hujusmodi Possessor benefi-

cii successivè molestari possit, & beneficium à S. Sede impetrari.

Affirmatiyam dubii resolutionem suadet exceptio expressa hujus *Canonis*; Liberat enim hujusmodi *Canon* triennalem Possessorem beneficii à quibuscumque molestiis, exceptis casibus simoniaci ingressus in illud, & reservationis; utraque exceptio in præsentiarum concurrere videtur; si quidem ingressus in hoc beneficium patronale fuit simoniacus, dum Pater Instituti, seu Possessoris beneficii obtinuit illum præsentari à Pátróno, interveniente pecunia; Et Beneficium est S. Sedi reservatum in vim *Regulæ quartæ Cancellariae*;

- 1 Ex quo sequitur quod Regula de Triennali huic Beneficiato suffragari minimè possit Card. de Luc. de benef. disc. 135. num. 5. Rot. decis. 423. num. 19. & seq. par. 19. recent. & in Conchen. Præsimonii 17. Januarii 1701. §. Non relevante cor. Eminentiss. Priolo.
- 2 At veritas est in contrarium. Etenim ad hoc, ut habeat locum Regula de Triennali requiritur primo Triennalis possessio, & titulus saltem coloratus, vel saltem quod effluxerint anni decem ad illum præsumendum; Gomes hic quæst. 45. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 53. num. 14. Card. de Luc. de benef. disc. 91. num. 13. & 16. & disc. 135. num. 5. Rot. disc. 130. num. 9. & seq. coram Celsi, & decis. 294. num. 1. coram Roxas, & decis. 264. num. 4. par. 9. & decis. 238. num. 8. par. 12. recent. Secundo requiritur quod hujusmodi possessio concludenter probetur integrè usque ad ultimum momentum. Card. de Luc. de benef. d. disc. 91. num. 9. Rot. coram Celsi ubi supra, & decis. 238. num. 3. par. 12.
- 3 4 Requiritur tertio quod ipsa sit pacifica, & nullatenus interrupta, quod evenire potest dupliciter, nimirum per item, aut per molestias extra judiciales ac de facto, dummodo istæ interpolitæ sint vel ad impediendam possessionem, vel ad removendam fructuum perceptionem. Card. de Luc. d. disc. 91. nu. 21. & seq. Rot. decis. 171. num. 26. cor. Bich. & decis. 699. num. 2. & seq. coram Buratt. & decis. 609. nu. 7. & seq. par. 18. & decis. 423. nu. 22. par.

- 5 *par. 19. rec.* cum hac tamen differentia, quod si interruptio originem habuit à lite judiciali, durat non obstante quocumque collitigantis silentio, & impedit inchoare novam possessionem, si verò proveniat à molestiis extra judicialibus, haurum prosequitione cessante, cessat interruptio, & non impeditur quo minus incipere possit novum triennium aptum, & sufficiens ad hoc, ut habere possit locum. *Regula Card. de Luc.* ubi *supra* num. 26. *Rot. decis.* 294. num. 28. & seq. cor. *Roxas*, & *decis.* 264. num. 32. & seqq. *par. 9. rec.*
- 6 *Animadvertedo* tamen, quod si lis fuerit *introductiona* post annalem possessionem, hæc annalis possessio facit, ac si lis non fuisset *introductiona*, adeò ut non impedit cursum triennalis possessionis. *Gomes super regul. de annal.* quæst 81. num. 2. *Rot. decis.* 263. num. 6. & *decis.* 345. num. 10. *par. 17.* & *decis.* 609. *par. 18.* & *in Conchen. Præstimonii* 17. *Januarii* 1701. §. *Non relevante coram Eminentissimo Priolo.*
- 7 Requiritur quarto, quod beneficium non sit unitum, quia Regula non intrat in beneficiis unitis, eo quia in unitis non datur *vacatio*, & consequenter nec possessio, *Tondut.* quæst. benef. 85. num. 62. *Card. de Luc de benef. disc.* 135. nu. 8. *Rot. decis.* 202. *in fin. cor. Cavaler.* & *dec. 551. coram Coccin.*
- 8 Requiritur denique, quod possessio non sit contra Decreta S. Concilii Tridentini c. 4. *sess. 7.* & c. 17. *sess. 24.* & c. 15. *sess. 25.* de refor. quoniam si quis possideret beneficium contra dispositionem horum Decretorum, e.g. si quis possideret per triennium duo beneficia incompatibilia, ei suffragari non posset Regula de triennali quia hæc locum non habet contra incompatibilitatem inductam ex dispositione S. Concilii Tridentini habentis Decretum irritans. *Fagnan. in cap. De Multa de Præbend.* num. 48. *Garz. de benef. par. 11.* quæst. 5. num 379. *Gomes super hac Regula quæst. 10. Barbos. ad Concil. sess. 24. de refor. cap. 17. num. 51. Panimoll. decis. 31. adnot. 1. num. 48. *Rot. in Friesen. Canon. 9. Januarii* 1705. §. *final. coram Eminentissimo Scotto;* & *in Augustana Canon. 27. Januarii* 1714. §. *final. cor. R.P.D. Crispo,* & *in Monasterien. Canon. 5. Alterum* 13. *Maji* 1715. *coram R.P.D. Falconerio.**

Hæc omnia requisita concurrunt in casu præsenti; dum præfatus Possessor possedit beneficium cum titulo, saltem colorato, videlicet ex institutione reportata ab Ordinario ad præsentationem Patroni; per integrum triennium, & pacificè, absque ulla interruptione, & resistentia supradictorum Decretorum S. Concilii; & beneficium, quod ita per triennium possedit non est unitum; unde per necesse intrat ad ejus favorem dispositio hujus *Canonis*, qui tuerit Possessorem in quovis judicio tam petitorio, quam possessorio, adeò ut iste molestari amplius non valeat, ex quocumque defectu, quem ejus titulus pati possit. *Rot. decis. 264. num. 1. par. 9.* & *decis. 423. num. 17. par. 19. recent.* & *in Treviren. Canon. 16. Martii* 1716. §. *Ipsa si quidem cor. R.P.D. Crispo;* & *in Colonen. Canon. 5. Ursulae* 17. *Junii* 1718. §. *Præterea cor. R.P.D. Foscaro.* & aliæ Autoritates in *Comment.* relatae.

11 Non obstat, quod ingressus in hujusmodi beneficium fuerit simoniacus, quia simonia fuit commissa non per Possessorem beneficii, sed per ejus Patrem eo penitus ignorante, ac nullatenus cooperante, quo casu triennalis possessio prodest possidenti beneficium ex titulo infecto simoniæ, vel confidentia ita commissæ, ut expresè tuerit *Gomes super hac Regula quæst. 12. §. Et ista ibi* = *Et ista, quæ dicta fuerunt, procedunt in sciente simoniaco, secùs in ignorantia;* ut quia pater, vel frater aliquid dedit pro dando beneficio filio, vel fratri, eo penitus inscio, quia talis ignorans bene defenderetur Regula = *Mantic. decis. 211. nu. 3. §. Et quamvis ibi* = *Et quamvis confidentia in ejus collatione fuerit commissa ab ejus patre, nihilominus filio ignorantis adhuc competit exceptio dictæ Regulæ de triennali. Card. de Luc. de benef. disc. 91. num. 6.*

- 12 Minusque adversatur, quod supradictum beneficium sit ex capite familiaritatis reservatum, quia Regula triennalis excipit tantum reservationem in corpore juris clausam, nempe ob vacationem per obitum apud Sedem juxta *Text. in cap. 2.* & *cap. præsenti de præben. in 6.* ita ut quælibet alia reservatio non sufficit ad elidendum triennalem possessionem. *Card. de Luc. de benef. disc. 132. num. 9. Rot. decis. 264. num. 6. par. 9. rec.*

CA.

CANON XXV.

CLEMENS XI. Regula 42. Cancellaria.

Ann. 1700. **I** Tem voluit, quod super quovis Beneficio Ecclesiastico de jurepatronatus laicorum non expédiantur literæ, nisi ponatur expressè, quod tale Beneficium tanto tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apostolicam legitimè est devoluta, vel quia tempus Patronis laicis ad præsentandum à jure præfixum lapsum existat, aut ad id Patronorum ipsorum accedat assensus. Etsi per ipsum juripatronatus hujusmodi derogari contigerit, jurispatronatus hujusmodi mentio, dispositivè, ac specificè, & determinatè, non autem conditionaliter fiat, si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat. Etsi de hoc in literis provisionis, vel mandato de providendo de dicto Beneficio, similis mentio facta non fuerit, non censetur quomodolibet derogatum.

COMMENTARIUM.

EX hoc Canone sequentes deducuntur conclusiones.

Prima = IMPETRANS BENEFICIUM DE JUREPATRONATUS LAICORUM JURE DEVOLUTO, LITERAS IMPETRATORIS EXPEDIRE NON POTEST, NISI FIAT MENTIO, QUOD TALE BENEFICIUM TANTO TEMPORE VACAVERIT, QUOD EJUS COLLATIO AD SEDEM APOSTOLICAM LEGITIME SIT DEVOLUTA, VEL QUA PATRONI NON PRÆSENTARUNT IN TEMPORE, VEL QUA AD ID PATRONORUM IPSORUM ACCEDAT ASSENSUS =

Secunda = JURIPATRONATUS LAICORUM NON CENSENTUR DEROGATUM, NISI DE EO FIAT SPECIALIS MENTIO = Quas probant etiam *Lambertin de jurepatr. lib. 3. quæst. 10. nu. 29. Covarruv. pract. quæst. cap. 36. num. 2. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 18. num. 2. & seqq. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 8. num. 93. Rot. decis. 44. num. 7. post Antonell. de jurib. & oner. Cleric. & in Cremonen. Beneficii 14. Maii 1706. §. Absque eo, quod cor. R. P. D. Kaunitz, & in Vicen. Beneficii 17. Febr. 1713. §. E converso cor. R. P. D. Aldrovando, & in Hildesimen. Canonicatus 16. Martii 1716. §. Unicacor. R. P. D. Crispo, superius impress. Can. XXIII. Cas. III.*

I. Talis, ac tantus est zelus Sūmorum Pontificum intuendis juribus Patronorum laicorum, ut pro lege dispositum sit, quod in literis Apostolicis debeat fieri mentio jurispatronatus laicorum dispositivè, ac specificè, & determinatè, non autem conditionaliter, & quod derogatio debeat esse expressa, & positiva, & non subintellecta, nec conditionalis, alias illi nunquam censeatur derogatum per Papam ex defectu intentionis ejusdem, & gratia remanet nulla, & subreptitia ipso jure; cuius dispositionis ratio, non alia assignatur à Doctoribus, nisi ea, quam pluries in decursu Operis insinuavimus, quia nimis Patronorum præsertim laicorum jura tollere, piasque Fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est, nè laici ab Ecclesiastica fundatione, constructione, aut dotatione retrahantur.

Quo ad has conclusiones, sequens differit Casus.

AR-

ARGUMENTUM:

Si plures Patroni præsentaverint ad Beneficium per sortem, an præsentatio sit nulla, adeò ut literæ Apostolicæ impetracionis obtentæ sub expressione; quod Beneficium tanto tempore vacaverit, ut ejus collatio ad Sedem Apostolicam legitimè sit devoluta, eo quia Patroni non præsentarunt in tempore, sint exequendæ.

SUMMARIUM.

- 1 Literæ Apostolicæ non justificatæ execu-
tionem non merentur.
- 2 Devolutio admittitur ad supplendam ne-
gligentiam Patronorum, & aliorum in-
feriorum collatorum.
- 3 Per clausulas generales non censetur de-
rogatum juripatronatus laicali:
- 4 Electio Ecclesiastica an fieri possit per for-
tes, & num. 11.
- 5 Literæ Apostolicæ in omnibus justificatæ
sunt exequendæ.
- 6 Prohibitum est Patronis aetum præsen-
tationis, aut nominationis explere per for-
tes.
- 7 Textus in cap. final. de sortileg. locum
etiam habet in præsentatione.
- 8 Non præsentantibus, aut nulliter præsen-
tantibus Patronis in tempore beneficium
impetrari potest à Sede Apostolica jure,
devoluto; etiam non expectato semestri
Episcopo competente. & num. 9.
- 10 Papa in quibus casibus derogare solet Pa-
tronatibus laicalibus?

CASUS UNICUS.

Tenentur quamplures Patroni laici ex lege fundationis unitim, & per modum Collegii præsentare ad beneficium patronale A, Personam idoneam, & habilem; vacato nuper beneficio, Patroni posuerunt in urna nomina non nullorum Clericorum, & habuerunt pro præsentato illum Clericum, cuius nomen fuit per sortem extractum; cui denegata fuit institutio ab Ordinario. E contra quidam Sacerdos impetravit idem bene-

ficium à Summo Pontifice, cum expre-
sione quod illud tanto tempore vacave-
rit, ut ejus collatio ad Sedem Apostoli-
cam legitimè sit devoluta, eo quia Pa-
tronii non præsentarunt in tempore. Quæ-
ritur an hujusmodi literæ sint exequendæ?

- 1 Respondendum videtur hujusmodi li-
teras Apostolicas, utpote non justificatas
exequutionem non mereri ad *Text. in-
cap. 2. de Rescript. Rot. in Dertusen. bene-
ficii 29. Aprilis 1710. §. Cùm enim coram
R. P. D. Lancetta, & in Caputaquen. Cap-
pellaniæ 27. Junii 1718. §. Executioni cor.
R. P. D. de Herrera.*

Defectus autem justificationis dicta-
rum literarum ex eo resultare dignosci-
tur, quia illæ impetratæ apparent, cum
supposito quod beneficium tanto tempo-
re vacaverit, ut ejus provisio sit dovoluta
ad Sedem Apostolicam, eo, quia Patroni
non præsentarunt in tempore; quod sanè
suppositum corruit ex ipsa præsentatione
facta à Patronis intrà quadrimestre, quæ
sicuti excludit in illis negligentiam præ-
sentandi, ita quoque cessare facit devo-
lutionem, quæ non nisi ad supplendam
negligentiam Patronorum, aut aliorum
inferiorum collatorum admittitur. *Cap.
Licet de supplen. neglig. Prælat. Abb. in-
cap. 2. num. 7. de concess. præbend. Lotter.
de re benef. lib. 2. quæst. 24. num. 1. Rot. de-
cif. 392. num. 3. & seqq. coram Celsi.*

- 2 Fortius cædem literæ non essent ex-
equendæ, si non fuisset expresse deroga-
tum juripatronatus eorumdem Patrono-
rum, sed solùm in illis fuisset dictum; ad
cujuscumque collationem, seu præsentatio-
nem, beneficium pertineat; quia per hanc
clausulam non censeretur derogatum ei-
dem juripatronatus, cùm sub quibuscum-
que clausulis generalibus, licet effrenatis,
nunquam veniant Patronatus laicales;
*Covarruv. practic. quæst. cap. 36. num. 2-
vers. Quod autem, Lotter. de re benef. lib. 4-
quæst. 10. nu. 77. & 83. & alii apud Rot.
decif. 44. num. 8. post Antonell. de jurib. &
onerib. Cleric.*

- 3 Non officit *Textus in cap. final. de sorti-
leg. ubi prohibetur electio Ecclesiastica
fieri per sortes; quia in primis Textus
loquitur de electione, deinde etiam omis-
so, quod hanc quoque comprehendat, ta-
men non videtur omnino prohibitum eli-
gere, & præsentare per sortem, ut patet*

ex

ex pluribus auctoritatibus, & exemplis
congestis à Gonzal in dicto cap. final. nu. 5.
10. & seq.

5 At his minimè obstantibus censeo su-
pradicatas literas, cùm sint in omnibus ju-
stificatæ, esse exequendas ad Text. in cap.
si quando, & cap. super literis de Rescript.
Rot. in Vicen. Parochialis 12. Junii 1711.
§. Cùm enim coram Eminentissimo Molines,
& in Lauretana jurispatronatus 11. De-
cembris 1716. §. Cùm enim coram R. P. D.
Crispo.

De justificatione verò literarum Apo-
stolicarum in casu præsenti, ambigi ne-
quit, quia præsentatio facta à supradictis

6 Patronis est nulla; Etenim prohibitum
est Patronis actum præsentationis, vel
nominationis expleri per sortes, juxta
Text. in cap. final. de sortilegiis, quem se-
quuntur Gonzal. ibi num. 6. & seq. Rot.

7 decis. 459. num. 24. par. 19. res. qui licet
loquatur de electione, locum etiam ha-
bet in præsentatione. Rot. in Majoricen.
beneficii 25. Junii 1699. §. Urgentius cor.
R.P.D. Ansaldo, & novissimè in Pampilo-
nen. beneficij de Trun. 23. Januar. 1719.
2. Nullitas coram. R. P. D. Lancetta infe-
riùs inter decisiones additionales im-
pressa.

8 Unde cùm perinde sit non præsentare,
ac nulliter præsentare, & cùm intrà terminum
juris à sacris Canonibus ad præsen-
tandum Patronis concessum, isti ad nul-
lam aliam præsentationem devenerint, va-
lidè proinde potuit controversum benefi-
cium jure devoluto impetrari à S. Sede
juxta dispositionem hujus Canonis, eò
quia Patroni non præsentarunt in tempo-
re; non expectato etiam graduali ordine
per Concilium Lateranense statuto in-

9 cap. 2. §. Cùm verò de concess. præben. Cùm
possit Papa in jure devoluto non expecta-
to semestri Episcopo competenti liberè
conferre, Ordinarium collatorem præve-
niendo. Garz. de benef. par. 10. cap. 3. n. 30.
Tondut. qu. benef. par. 2. cap. 3. §. 4. nu. 15.
& seqq. Rot. in Osnaburgen. Canonizatus
10. Decemb. 1714, §. Itidemque, & 14. Ju-
nii 1715. §. Prima siquidem coram R. P. D.
Crispo. Derogando expressè juripatro-
natus dictorum Patronorum, prout solet
Patronatibus laicalibus derogare non so-
lùm in isto casu, ubi beneficium tanto
tempore vacavit, ut ejus collatio ad Se-
dem Apostolicam legitimè sit devoluta,
eo quia Patroni non præsentarunt in tem-
pore, sed etiam in aliis casibus; & quidem
aliquando in totum, & aliquando in par-
tem; In totum nempe, si beneficium vacat
in Curia, vel super illo pendet lis in Cu-
ria; in partem, quando quis præsentatus
est à majori parte, vel à medietate Patro-
norum. Rot. decis. 44. num. 8. post Antonell.
de jurib. & onerib. Cleric.

11. Minimè attentis juribus, & exemplis
per Gonzal. ubi supra congestis; illa siquidem
fortasse procedere possunt circa offi-
cia civilia, & res prophanas, non verò in
materia Ecclesiastica, & in beneficiis
Ecclesiasticis, ut benè respondet Rota in
dicta Majoricen. beneficij 15. Junii 1699.
§. Siquidem, & §. At in materia cor. R.P.D.
Ansaldo.

Et hæc omnia sufficiant ad majorem
Sanctissimæ Trinitatis, Deiparæque Vir-
ginis gloriam, ac Seraphici S. Francisci
laudem, per quæ si nec uni utilis fuero;
mihi tamen maximè profui, dum per ea
otium malorum omnium originem fu-
gavi.

F I N I S.